An. et vol. CVII 6 Martii 2015 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

ACTA FRANCISCI PP.

LITTERAE DECRETALES

quibus Laurae a Sancta Catharina Senensi Montoya y Upegui Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Et praedicabitur hoc evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus» (*Mt* 2, 14).

Beata Laura a Sancta Catharina Senensi, fide flagrans atque studio compulsa Evangelii indigenis Columbiae gentibus nuntiandi, suam in missionali navanda opera consumpsit vitam ideoque hanc ob causam evangelizatrix illius Nationis habetur.

Die XXVI mensis Maii anno MDCCCLXXIV in pago *Jericó,* Columbiae Antiochia territorii intra fines, ex Ioanne a Cruce Montoya Gonzáles ac Maria Dolorosa Upegui Echevarría orta est. Tres annos nata patrem amisit atque mater, totam familiam cum sustinere non posset, eam avis custodiendam commisit. Ab eis optime de humanitate ac religione est docta. Magistrae gradum consecuta, docere coepit, primum ut moderatrix «Scholae Superioris Dominularum» Amalfiae in Columbia, deinde Fredoniae et Dominicopoli, atque anno MCMIX ut magistra Collegii Immaculatae Metellini. Sed ad Christi sequelam per religiosam vitam vocationem, quam puella perceperat, vehementius animadvertit, et anno MCMVII, XXXIII annos nata, cum Marinillae

Antiochiae esset, puellarum docendarum causa, Dei Paternitatis mysterium peculiarem in modum persensit. Quod est experta summi fuit momenti, quodque eam ad veram missionariam vocationem adimplendam compulit, cum in ea spiritalis maternitatis desiderium conciret. Magis magisque operam dare coepit ut christiana fide carentes evangelizaret, peculiarem in modum indigenas qui lata Columbiae loca incolebant. Anno MCMVIII primum missionarium iter una cum duobus sororibus et sacerdote ad regionem Guapá-Chamí suscepit. Ex hoc primo opere effectum est ut LXXII indigenae baptizarentur et consilium ab ea caperetur totam ad missionarium munus vitam dicandi. Medellensi Episcopo fulta, Congregationem religiosam condere coepit, quae inde ab initio «Congregatio Missionariarum Mariae Immaculatae et Sanctae Catharinae Senensis» est appellata. Primum anno MCMXVI est comprobata, cuius prima fuit generalis antistita, quam usque ad annum MCMXXIX rexit et deinde ab anno MCMXXXVIII usque ad mortem. Diuturnum post morbum, sella rotali novem per annos perducta, Metellini die XXI mensis Octobris anno MCMXLIX obiit, sororibus suis, sacerdotibus, qui eam probe noverunt, omnique Columbiae populo complorata, qui statim eam «Columbiae missionariam» proclamavit. Conditrice viva, Congregatio celeriter crevit et plus quam centum domus in Columbia, Aequatoria et Venetiola constitutae sunt. Complures iuvenes, Conditricis persequentes exempla quae studiosam precationem cum catechetica opera copulabat, eam comitabantur, ut «indigenae fierent cum indigenis ut Christo omnes lucrifacerent», quemadmodum dictitabat beata Laura.

Propter sanctitatis famam, quam viva et mortua obtinuit, Processus Informativi in Medellensi archidioecesi annis MCMLXIII-MCMLXIV sunt costituti. Causa per Congregationis de Causis Sanctorum Decretum anno MCMLXXVI incohata, Processus Apostolici annis MCMLXXVI-MCMLXXIX sunt costituti. Die XXI mensis Ianuarii anno MCMXCI Summus Pontifex sanctus Ioannes Paulus II virtutes heroum in modum esse exercitas declaravit atque pro beatificatione putatum miraculum est exhibitum, quod ad miram sanationem uteri cancri ad exitum vertentis. Post Decretum de miraculo promulgatum die VII mensis Iulii anno MMIII, beatificatio die XXV mensis Aprilis anno MMIV acta est. Pro canonizatione beatae Laurae Montoya sanatio exhibita est incurabilis cuiusdam morbi. Dioecesana Inquisitio in Medellensi archidioecesi annis MMV-MMVI est celebrata. Medici Periti Congregationis de Causis Sanctorum die XIV mensis Iunii anno MMXII sanationem ad scientiam inexplicabilem

putaverunt. Cum Consultores Theologi in Congressione peculiari atque Patres Cardinales Episcopique die X mensis Decembris eiusdem anni faventem sententiam tulissent, Decessor Noster Benedictus XVI facultatem fecit ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super miraculo ederet. Idem Pontifex pro optata illa canonizatione die XI mensis Februarii anno MMXIII Consistorium constituit et decrevit ut beatae Laurae a Sancta Catharina canonizatio die XII mensis Maii anno MMXIII sollemniter celebraretur.

Hodie igitur in foro Petriano inter sacra hanc ediximus formulam: Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Antonium Primaldum et Socios, Lauram a Sancta Catharina Senensi et Mariam Guadalupe García Zavala Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die duodecimo mensis Maii, anno Domini bis millesimo tertio decimo, Pontificatus Nostri primo.

EGO FRANCISCUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 48.078

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

In India nova conditur dioecesis Kuzhithuraiensis.

FRANCISCUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum ad provehendam aeternam dominici gregis salutem eiusque regimini facilius et efficacius consulendum petitum esset nuper ut dioecesis Kottarensis, in India, ita divideretur ut territorium Vicariatuum scilicet «Thirithuvapuram» et «Mulagumoodu» a memorata dioecesi abstraheretur et in novam dioecesim constitueretur. Congregatio pro Gentium Evangelizatione, omnibus mature perpensis habitoque pariter faventi voto Venerabilis Fratris Salvatoris Pennacchio, Archiepiscopi titulo Montis Marani atque in India Apostolici Nuntii, admotam postulationem, in bonum animarum cessuram, censuit esse accipiendam. Nos igitur, Successor beati Petri et universalis Pater, talem sententiam libentes ratam habentes, summa Apostolica Nostra potestate haec decernimus. A memorata dioecesi Kottarensi separamus territorium Vicariatuum scilicet «Thirithuvapuram» et «Mulagumoodu»; ex eoque novam condimus dioecesim Kuzhithuraiensem appellandam, quam metropolitanae Sedi Madhuraiensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea iubemus Episcopi sedem poni in civitate «Thirithuvapuram» templumque ibidem exstans, Deo in honorem Sanctissimae Trinitatis dicatum, ad dignitatem Cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum praedictus Venerabilis Frater Salvator Pennacchio; qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis Congregationi pro Gentium Evangelizatione mittenda. Hanc denique Apostolicam Constitutionem nunc et in posterum ratam esse

volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus. Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo secundo mensis Decembris, anno Domini bis millesimo quarto decimo, Pontificatus Nostri secundo.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 63.670

II

Nova Eparchia Bahir Dar-Dessie in Aethiopia constituitur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

Quae maiori Christifidelium bono proficiunt, ea, pro gravissimo Nostro munere Pastoris totius gregis Dominici sedula navitate nitimur praestare. Qua re, cum sit visum ut Archieparchia Metropolitana Neanthopolitana in Aethiopia utpote nimis ampla ad curam animarum aptius exercendam divideretur, Nos, Successor beati Petri et Universalis Pater atque sollicitudine pastorali ducti, audito consilio Venerabilis Fratris Nostri S.R.E. Cardinalis Praefecti Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, Apostolica Nostra usi potestate sequentia decernimus. Detracto quodam territorio ab Archieparchia Neanthopolitana novam Eparchiam in urbe Bahir Dar constituimus Bahir Dar-Dessie appellandam, omnibus factis iuribus et officiis, quae ad normam Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium eidem Eparchiae competunt. Quam Ecclesiam suffraganeam facimus Archieparchiae Metropolitanae Neanthopolitanae atque templum Deo Patri sermone loci «Egziabher Ab» in eadem urbe exstans dicatum ad dignitatem ecclesiae Cathedralis evehimus atque ipsius Eparchiae eligimus sanctum Patronum Frumentium, Kesate Berhan. Quae quidem Eparchia Bahir Dar-Dessie suos fines habet in Aethiopia, comprehendens tres regiones (Beneshangul Gumuz, Amhara, Afar) in territoria quae sequuntur divisas: Metekel, North Gonder, South Gonder, East Gojjam, West Gojjam, Agew Awi, et insuper Wagh Hemra, North Wello, South Wello, Oromiya, necnon territoria 1, 4 ac 5 regionis Afar. Quae vero iussimus ad effectum rite adducantur deque absolute negotio sueta documenta exarentur et ad memoratam Congregationem mittantur. Hanc denique Apostolicam Nostram Constitutionem nunc et in posterum

ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Ianuarii, anno Domini bis millesimo quinto decimo, Pontificatus Nostri secundo.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 64.232

III

In Erythraea nova constituitur Ecclesia Metropolitana Asmarensis.

FRANCISCUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Multum fructum ut afferat vitis vera quae Christus est (cfr *Io* 15, 5) vehementer cupiens, Venerabilis Frater Berhaneyesus Demerew Souraphiel, C.M., Archiepiscopus Metropolita Neanthopolitanus, una cum Consilio Hierarcharum Ecclesiae Alexandrinae ritus gheez enixe petivit ut Ecclesia in Erythraea ad gradum metropolitanum sui iuris eveheretur et nova illic metropolia constitueretur, Nos verum libenter annuere volumus huiusmodi proposito. Quapropter, audito Venerabili Fratre Nostro Cardinale Praefecto Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, a Metropolitana sui iuris archieparchia Neanthopolitana seiungimus eparchias Asmarensem, Barentuanam, Kerensem et Segheneitensem. Ex ita facto territorio, quod Erythraeam complectitur, novam Metropolitanam Ecclesiam sui iuris Asmarensem appellandam constituimus, cuius sedes princeps erit in urbe Asmarensi, eandemque circumscriptionem proinde ad gradum archieparchiae extollimus. Eius suffraganeae deinceps erunt ceterae supra dictae eparchiae in Erythraea. Haec omnia reliquaque secundum normas Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium expediantur. Insuper de eodem absolute negotio sueta documenta exarentur et ad memoratam Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittantur. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse iubemus, contrariis quibuslibet rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Ianuarii, anno Domini bismillesimo quinto decimo, Pontificatus Nostri altero.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS card. PAROLIN
Secretarius Status

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Franciscus Di Felice, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 64.233

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Odoardo Focherini Beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Venite ad me, omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave et onus meum leve est» (*Mt* 11, 28-30).

Vita Servi Dei Odoardi Focherini plane cum Evangelii verbis congruebat: nam ipse, conscius gravis suavisque responsalitatis christianae electionis, singulis suis in actibus invitationem secutus est ut iugum Domini crucifixi cum serenitate tolleret ac fiduciosa spe.

Servus Dei natus est die VI mensis Iunii anno MCMVII Carpii prope Mutinam. Puer iam actuose paroeciae et oratorii vitam participavit, christiana institutione ductus a patre et noverca recepta. Deinde nomen dedit Actioni Catholicae, in qua muneribus etiam regiminis dioecesani functus est, ac potissimum in diurnariorum catholicorum officio est operatus. Summus Pontifex Pius XI anno MCMXXXVII, agnoscens eius studium associativum, titulum ei tribuit Equitis Sancti Silvestri. Ipse toto animo quoque puerorum exploratorum motui adhaesit. Officiosa promissio nuptiarum cum Maria Marchesi facta, Bononiam petiit munus militiae expleturus. Postea uxorem eam duxit, ex qua septem filios generavit. Servus Dei primum operatus est in patris taberna, inde apud societatem sarciendis damnis.

Tempore secundi belli mundialis ipse coepit se dicare, omnimode in hac re studens, requirendis militibus et vinctis deperditis atque iuvandis Hebraeis qui persecutionem patiebantur, rete frequens componens solidarietatis. Ipsemet opus dabat ut iis subsidia invenirentur, documenta procurarentur, fugae pararentur aliaque necessaria his infelicibus tuendis praeberentur. Eius cauta sollicitudine, uti creditur, circiter centum personae sunt servatae. Quidam horum hominum, quos iuvit Servus Dei, dixit: «Veniebat Focherini

ut sua serenitate nostras placaret terrores», sic testimonium perhibens his verbis de divitiis spiritus Odoardi etiam temporibus maximae aerumnae ac difficultatis. Haec caritatis actuositas clam perficiebatur et iuxta eius vitam cotidianam: nam usque ad finem ipse operabatur apud acta diurna vulgo appellata *L'Avvenire d'Italia.*

Etiamsi circumspecte agebat, tamen die XI mensis Martii anno MCMXLIV Focherini, dum fugam praeparabat cuiusdam hominis requisiti, qui in valetudinario Carpii receptus erat, apprehensus est et in carcerem conductus Bononiae. Ibi retentus est quattuor per menses, sine certa accusatione atque una interrogatione, in qua palam ostensa est magis adversitas inquirentium contra eius firmam catholicam fidem quam exsistentia cuiusvis certae rationis accusandi. Die V mensis Iulii decretum est ut transferretur in campum captivis custodiendis in loco Fossoli, prope Carpium, ubi, praeter augentes difficultates, semper valuit manifestare sua interesse quae sociorum in vinculis essent condiciones, quos adiuvabat et solabatur, conveniens etiam cum eis in oratione. Cunctis in adiunctis ostendebat dotes humanas, intelligentiam et religiosum fervorem, apud omnes haud parum suscitans stuporem.

Ineunte mense Augusto Servus Dei in campum pro captivis politicis et ob phyleticum odium detentis in locum Gries prope Bolzanum translatus est, de quo inde conductus est ad Hersbruk, ubi pars campi Flossenburg sita erat. Hoc profecto durissimum tempus fuit. Illo loco Servus Dei una cum aliis captivis indigentiam cibi et curae est passus, ita ut, licet bona fruens valetitudine, mense Novembri graviter aegrotavit ob cruris et pedis sinistri infectionem atque in valetudinarium campi deductus est. Propter ortam septichaemiam in peiorem statum versus, die XXVII (vel XXIV) mensis Decembris anno MCMXLIV viribus iam destitutus animam Deo reddidit. Iuxta eum stetit tunc eius socius in captivitate Servus Dei Teresius Olivelli, qui ultima eius verba recoluit: «Declaro quod morior in admodum pura fide Catholica Apostolica Romana in plenaque submissione voluntati Dei, vitam meam offerens in oblatione pro dioecesi mea, pro Actione Catholica, pro *L'Avvenire d'Italia* atque ut pax in mundo revertatur».

Propter martyrii famam, qua Servus Dei circumdatus est ab illo tempore quo notus fuit eius aedificans obitus, apud Curiam episcopalem Carpiensem instituta est Inquisitio dioecesana. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria censuerunt Servum Dei ob fidelitatem Christo et Ecclesiae occisum esse.

Summus Pontifex Benedictus XVI die X mensis Maii anno MMXII agnovit eius mortem verum fuisse martyrium in odio fidei necnon statuit ut beatificationis ritus Carpii, in Italia, die XV mensis Iunii anno MMXIII persolveretur.

Hodie igitur de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Amato, S.D.B., Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Servum Dei Odoardum Focherini in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Francisci Cavina, Episcopi Carpensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Odoardus Focherini, laicus et paterfamilias, congruens Evangelii testis, qui bonum fratrum suae vitae oblationi anteponere non haesitavit, Beati nomine in posterum appelletur, eiusque festum die vicesima septima mensis Decembris, qua in caelum ortus est, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV mensis Iunii, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

De mandato Summi Pontificis
loco Secretarii Status

✠ PETRUS PAROLIN
Archiepiscopus tit. Aquipendiensis

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 21.110

II

Venerabili Servo Dei Vladimiro Ghika Beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Caritas numquam excidit. Sive prophetiae, evacuabuntur; sive linguae, cessabunt; sive scientia, destruetur» (*1 Cor* 13, 8).

Caritas fuit quae inexstinguibilem aluit ardorem in animo Servi Dei Vladimiri Ghika, cuius ubertatem ille in unaquaque actione et in unoquoque ambitu transfudit.

Servus Dei die XXV mensis Decembris anno MDCCCLXXIII Constantinopoli est ortus, e Principe Generali Ioanne Gregorio Ghika, in missione diplomatica Dacoromaniae apud Aulam Pulchrae Ianuae Turcarum, et uxore Principis Alexandra Moret de Blaramberg. Vladimirus quintus erat e sex filiis et, sicut ceteri fratres, Sacramenta in Ecclesia Orthodoxa, matre ducente, accepit. Octo tantummodo annos natus, dum Tolosae adstaret studiorum curricula frequentaturus quae postea laurea in iure coronavit, patre est orbatus. Iuvenis, una cum fratre, Lutetiam Parisiorum se contulit ut in scientias politicas incumberet et, postea, cursum honorum diplomaticum inciperet. Vladimirus, intellectum habens omnino acutum et subtilem, eodem tempore curricula artis medicae, botanicae, artium, philosophiae et historiae frequentabat: haec curricula tamen non absolvit, valetudinis causa, quae eum coëgit ut Dacoromaniam rediret. Postea Romam adiit. Anno MCMII, in conclusione longi itineris orationis et meditationis, decrevit Ecclesiae Romanae Catholicae adhaerere. Apud Athenaeum Romanum *Angelicum* lauream in re philosophica est adeptus atque titulum doctoris in theologia accepit. Etiamsi vocationem ad Sacerdotium sentiebat, primo tempore, matre quoque renuente; eam non est secutus. sed obtemperavit Sancti Pii X Papae consilio et, in statu laicali manens, se studiose apostolatui dicavit et humanae, potissimum pro pauperibus et infirmis, promotioni.

Usque ad quinquagesimum vitae annum haec prosecutus est munera caritatis, diplomatiae et navitatis intellectualis; eodem tempore tamen ad Sacerdotium se parabat. Die VII mensis Octobris anno MCMXXIII sacerdos

Lutetiae Parisiorum est ordinatus et statim opus pastoralis curae inter perfugas suscepit qui frequentes in caput Galliae continue veniebant. Ita opus coepit evangelizationis in suburbiis Lutetiae Parisiorum, pauper cum pauperibus vitam agens. Anno MCMXXIV communitatem vitae apostolicae constituit mente sancti Ioannis Evangelistae inspiratam, prosequens eodem tempore inter intellectuales navitatem. Sodalis fuit moderaminis Congressuum Eucharisticorum Internationalium perficiendorum et itinera in varias mundi partes peregit, de propositis caritativis sollicitus. Anno MCMXXXIX in Dacoromaniam reversus, bello incipiente, illic permansit ut aerumnis afflictos adiuvaret. Pretiosa erat eius actio pro profugis Polonis, qui post Germanorum invasionem et Russorum illic veniebant.

Anno MCMXLVIII, cum regimen politicum Bucarestiis mutatum esset, Servus Dei decrevit se numquam patriam suam derelicturum esse. Gravissimus gubernii actus fuit suppressio Ecclesiae Catholicae ritus Byzantini cum Roma coniunctae, et deinde conatus ut quoque illa ritus Latini ei submitteretur. Vladimirus Ghika solide operatus est ut Ecclesia localis cum Sancta Sede nexum servaret. His in gravibus circumstantiis, ipse et quidam alii die XVIII mensis Novembris anno MCMLII in custodiam sunt inclusi. Duris submittebatur interrogationibus, iniustum processum militarem passus est et ob occultam explorationem pro Vaticano est condemnatus. Auctoritates decreverunt eum in custodiam in loco *Jilava,* prope Bucarestios, transferre quae pro Servo Dei postrema fuit vitae statio. Etiam hoc in poenae loco testimonium dedit extraordinariae caritatis erga illos in custodia detentos qui ad eum decurrebant iuvamen spirituale, intellectuale et physicum accepturi.

Passionibus et vexationibus in custodia extenuatus, in infirmaria custodiae die XVI mensis Maii anno MCMLIV obiit. Statim sepultus est, sed notitia ad Lutetiam Parisiorum eodem anno pervenit, ubi spirituales eius filii primum paraverunt magnum eventum in eius memoriam. Anno MCMLXVIII eius exuviae in coemeterium orthodoxum *Bellu* Bucarestiis sunt translatae.

Statim cum fieri posset, apud Curiam ecclesiasticam Bucarestiensem Inquisitio dioecesana est peracta. In Sessione Ordinaria Patres Cardinales et Episcopi adfirmaverunt mortem Servi Dei ob fidelitatem erga Christum eiusque Ecclesiam obvenisse. Nosmet Ipsi eiusmodi martyrium Decreto die XXVII mensis Martii anno MMXIII agnovimus. Decrevimus tandem ut Beatificationis ritus die XXXI mensis Augusti anno MMXIII Bucarestiis in Dacoromania perageretur.

Hodie igitur Bucarestiis de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Amato, S.D.B., Congregationis de Causis Sanctorum Praefectus, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos in Beatorum numerum Venerabilem Servum Dei Vladimirum Ghika adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Ioannis Robu, Archiepiscopi Metropolitae Bucarestiensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque Christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Vladimirus Ghika, presbyter dioecesanus et martyr, pastor studiosus et assiduus divinae caritatis testis, impavidus catholicae fidei necnon communionis cum Ecclesia Romana defensor, Beati nomine in posterum appelletur, eiusque festum die sexta decima mensis Maii, qua in caelum ortus est, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Clarus hic vir diligentem ostendit spiritalem progressum, Christi eiusque Ecclesiae dilectionem atque insignia dedit pietatis testimonia. Dum illius conspicimus vitam, ad altiorem usque in cotidiana vita imitationem Salvatoris incitamur adque sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitamur.

Quae autem decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Augusti, anno Domini MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

De mandato Summi Pontificis
loco Secretarii Status

✠ PETRUS PAROLIN
Archiepiscopus tit. Aquipendiensis

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 946

III

Venerabili Dei Servo Stephano Sándor caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine» (*1 Pe* 4, 16).

Martyrum agmini qui, communistarum regimine saeviente, in Hungaria suum sanguinem fideles fuderunt, Dei Servus Stephanus Sándor, Salesianus coadiutor, annumeratur. A puero praeclarum fidei cursum tenuit ac sincera vitae consecratae vocatione, spiritalitate sancti Ioannis Bosco institutus, eminuit.

Primus ex tribus liberis, Stephanus Sándor die XXVI mensis Octobris anno MCMXIV e familia perquam religiosa in oppido Szolnok ortus est. Christianae virtutes, quas puer complexus est, adoleverunt cum sui oppidi paroeciam assidue frequentaret. Eius vocatio ad Salesianos est conversa, inter quos die XII mensis Ianuarii anno MCMXXXVI ut postulans ingressus est. Kalendis Aprilibus anno MCMXXXVIII novitiatum veluti frater coadiutor intravit; vota ad triennium die VIII mensis Septembris anno MCMXL, iterum die XVI mensis Octobris anno MCMXLIII et perpetua vota die XXIV mensis Iulii anno MCMXLVI nuncupavit. Hoc tempore primum ut tiro deinde moderator Salesiani typographei opus fecit, iuvenes simul instituens et tirones, qui item extra Societatem S. Francisci Salesii sicut sodalis compositorque Consociationis Nationalis Iuvenum Catholicorum cognoscebatur. Tum insignem indolem et altam spiritalitatem ostendit, quae erga Eucharistiam et Mariam Auxiliatricem in dilectione nitebantur.

Interea factio communistarum, cum contra religionem Ecclesiamque proposita manifestaret, Hungaricorum imperii potita est. Dei Servus Salesianam communitatem delinquere et in oppido Szolnok opus apud typographeum reperire coactus est, usque dum Budapestinum a Nationis potestatibus est missus, pupillos instituturus et iuvenes tirones. Cum emigrare posset, in patria manere maluit confirmans se vitam ad Hungaricam iuventutem servandam etiam per martyrium traditurum. Cum esset detectus per suas epistolas lectas, die XXVIII mensis Iulii anno MCMLII captus est. Saevissima quaestio in eum est posita necnon coërcitio mentis, sed etiam in carcere integram erga Christum fidelitatem servavit, impense orans offerensque Domino suos dolores et suos concaptivos solans. Capitis die XII mensis Martii

anno MCMLIII officiose est damnatus, quod die VIII mensis Iunii eodem anno per suspendium factum est.

Dioecesana Inquisitio apud archidioecesim Strigoniensem-Budapestinensem a die XXIV mensis Maii anno MMVI ad diem VIII mensis Decembris anno MMVII peracta est. Die XXVII mensis Martii anno MMXIII Nos facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super martyrio Dei Servi Stephani Sandor evulgaret ac die X mensis Maii anno MMXIII decrevimus ut Beatificationis ritus Budapestini die XIX mensis Octobris anno MMXIII celebraretur.

Hodie igitur de Nostro mandato Venerabilis Frater Noster Angelus S.R.E. Cardinalis Amato, Congregationis de Causis Sanctorum Praefectus, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos in Beatorum numerum Venerabilem Dei Servum Stephanum Sándor adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Archiepiscopi Metropolitae Strigoniensis-Budapestinensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque Christifidelium explentes, de Congregatione de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Stephanus Sándor, laicus professus Societatis S. Francisci Salesii, martyr, qui fuit exempli clari institutor et catechista iuvenum per bonitatis paedagogiam, Beati nomine in posterum appelletur, eiusque festum die octava mensis Iunii, qua in caelum ortus est, quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Decet prorsus insignem hunc caelitem palam honorare, qui eximias dedit religiosae pietatis atque intrepidae fidei testificationes, cum suam vitam inpenderet in beneficium animarum et in salutarem Evangelii veritatem martyrii per testimonium demonstrandam, unde nostrae aetatis homines incitamentum capiant ad Salvatoris mandata diligentius sequenda.

Haec vero quae hodie statuimus firma usquequaque esse volumus ac valida fore iubemus, contrariis quibuslibet rebus obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Octobris, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

De mandato Summi Pontificis
loco Secretarii Status

✠ PETRUS PAROLIN
Archiepiscopus tit. Aquipendiensis

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 1.345

HOMILIAE

I

Summo Pontifice cum nuper creatis Cardinalibus Sacroque Cardinalium Collegio Eucharistiam celebrante.*

«Signore, se vuoi, tu puoi purificarmi». Gesù, mosso a compassione, tese la mano, lo toccò e gli disse: «Lo voglio, sii purificato!».[1] La compassione di Gesù! Quel «patire con» che lo avvicinava ad ogni persona sofferente. Gesù non si risparmia, anzi si lascia coinvolgere nel dolore e nel bisogno della gente, semplicemente perché Egli sa e vuole «patire con», perché ha un cuore che non si vergogna di avere «compassione».

«Non poteva più entrare pubblicamente in una città, ma rimaneva fuori, in luoghi deserti».[2] Questo significa che, oltre a guarire il lebbroso, Gesù ne ha preso su di sé anche l'emarginazione che la legge di Mosè imponeva.[3] Gesù non ha paura del rischio di assumere la sofferenza dell'altro, ma ne paga fino in fondo il prezzo.[4]

La compassione porta Gesù ad agire in concreto: a reintegrare l'emarginato. E questi sono i tre concetti-chiave che la Chiesa ci propone oggi nella liturgia della Parola: la compassione di Gesù di fronte all'emarginazione e la sua volontà di integrazione.

Emarginazione: Mosè, trattando giuridicamente la questione dei lebbrosi, chiede che vengano allontanati ed emarginati dalla comunità, finché perduri il loro male, e li dichiara «impuri».[5]

Immaginate quanta sofferenza e quanta vergogna doveva provare un lebbroso: fisicamente, socialmente, psicologicamente e spiritualmente! Egli non è solo vittima della malattia, ma sente di esserne anche il colpevole, punito per i suoi peccati! È un morto vivente, «come uno a cui suo padre ha sputato in faccia».[6]

* Die 15 Februarii 2015.
[1] Cfr *Mc* 1, 40-41.
[2] *Mc* 1, 45.
[3] Cfr *Lv* 13, 1-2.45-46.
[4] Cfr *Is* 53, 4.
[5] Cfr *Lv* 13, 1-2.45-46.
[6] *Nm* 12, 14.

Inoltre, il lebbroso incute paura, disdegno, disgusto e per questo viene abbandonato dai propri familiari, evitato dalle altre persone, emarginato dalla società, anzi la società stessa lo espelle e lo costringe a vivere in luoghi distanti dai sani, lo esclude. E ciò al punto che se un individuo sano si fosse avvicinato a un lebbroso sarebbe stato severamente punito e spesso trattato, a sua volta, da lebbroso.

È vero, la finalità di tale normativa era quella di salvare i sani, proteggere i giusti e, per salvaguardarli da ogni rischio, emarginare « il pericolo » trattando senza pietà il contagiato. Così, infatti, esclamò il sommo sacerdote Caifa: « È meglio che muoia un solo uomo per il popolo e non perisca la nazione intera ».[7]

Integrazione: Gesù rivoluziona e scuote con forza quella mentalità chiusa nella paura e autolimitata dai pregiudizi. Egli, tuttavia, non abolisce la Legge di Mosè ma la porta a compimento,[8] dichiarando, ad esempio, l'inefficacia controproducente della legge del taglione; dichiarando che Dio non gradisce l'osservanza del Sabato che disprezza l'uomo e lo condanna; o quando, di fronte alla donna peccatrice, non la condanna, anzi la salva dallo zelo cieco di coloro che erano già pronti a lapidarla senza pietà, ritenendo di applicare la Legge di Mosè. Gesù rivoluziona anche le coscienze nel Discorso della montagna,[9] aprendo nuovi orizzonti per l'umanità e rivelando pienamente la logica di Dio. La logica dell'amore che non si basa sulla paura ma sulla libertà, sulla carità, sullo zelo sano e sul desiderio salvifico di Dio: « Dio, nostro salvatore, ... vuole che tutti gli uomini siano salvati e giungano alla conoscenza della verità ».[10] « Misericordia io voglio e non sacrifici ».[11]

Gesù, nuovo Mosè, ha voluto guarire il lebbroso, l'ha voluto toccare, l'ha voluto reintegrare nella comunità, senza « autolimitarsi » nei pregiudizi; senza adeguarsi alla mentalità dominante della gente; senza preoccuparsi affatto del contagio. Gesù risponde alla supplica del lebbroso senza indugio e senza i soliti rimandi per studiare la situazione e tutte le eventuali conseguenze! Per Gesù ciò che conta, soprattutto, è raggiungere e salvare i lontani, curare le ferite dei malati, reintegrare tutti nella famiglia di Dio. E questo scandalizza qualcuno!

[7] *Gv* 11, 50.
[8] Cfr *Mt* 5, 17.
[9] Cfr *Mt* 5.
[10] *1 Tm* 2, 3-4.
[11] *Mt* 12, 7; *Os* 6, 6.

E Gesù non ha paura di questo tipo di scandalo! Egli non pensa alle persone chiuse che si scandalizzano addirittura per una guarigione, che si scandalizzano di fronte a qualsiasi apertura, a qualsiasi passo che non entri nei loro schemi mentali e spirituali, a qualsiasi carezza o tenerezza che non corrisponda alle loro abitudini di pensiero e alla loro purità ritualistica. Egli ha voluto integrare gli emarginati, salvare coloro che sono fuori dall'accampamento.[12]

Sono due logiche di pensiero e di fede: la paura di perdere i salvati e il desiderio di salvare i perduti. Anche oggi accade, a volte, di trovarci nell'incrocio di queste due logiche: quella dei dottori della legge, ossia emarginare il pericolo allontanando la persona contagiata, e la logica di Dio che, con la sua misericordia, abbraccia e accoglie reintegrando e trasfigurando il male in bene, la condanna in salvezza e l'esclusione in annuncio.

Queste due logiche percorrono tutta la storia della Chiesa: emarginare e reintegrare. San Paolo, attuando il comandamento del Signore di portare l'annuncio del Vangelo fino agli estremi confini della terra,[13] scandalizzò e incontrò forte resistenza e grande ostilità soprattutto da coloro che esigevano un'incondizionata osservanza della Legge mosaica anche da parte dei pagani convertiti. Anche san Pietro venne criticato duramente dalla comunità quando entrò nella casa del centurione pagano Cornelio.[14]

La strada della Chiesa, dal Concilio di Gerusalemme in poi, è sempre quella di Gesù: della misericordia e dell'integrazione. Questo non vuol dire sottovalutare i pericoli o fare entrare i lupi nel gregge, ma accogliere il figlio prodigo pentito; sanare con determinazione e coraggio le ferite del peccato; rimboccarsi le maniche e non rimanere a guardare passivamente la sofferenza del mondo. La strada della Chiesa è quella di non condannare eternamente nessuno; di effondere la misericordia di Dio a tutte le persone che la chiedono con cuore sincero; la strada della Chiesa è proprio quella di uscire dal proprio recinto per andare a cercare i lontani nelle « periferie » essenziali dell'esistenza; quella di adottare integralmente la logica di Dio; di seguire il Maestro che disse: « Non sono i sani che hanno bisogno del medico, ma i malati; io non sono venuto a chiamare i giusti, ma i peccatori ».[15]

[12] Cfr *Gv* 10.
[13] Cfr *Mt* 28, 19.
[14] Cfr *At* 10.
[15] *Lc* 5, 31-32.

Guarendo il lebbroso, Gesù non reca alcun danno a chi è sano, anzi lo libera dalla paura; non gli apporta un pericolo ma gli dona un fratello; non disprezza la Legge ma apprezza l'uomo, per il quale Dio ha ispirato la Legge. Infatti, Gesù libera i sani dalla tentazione del «fratello maggiore»[16] e dal peso dell'invidia e della mormorazione degli «operai che hanno sopportato il peso della giornata e il caldo».[17]

Di conseguenza: la carità non può essere neutra, asettica, indifferente, tiepida o imparziale! La carità contagia, appassiona, rischia e coinvolge! Perché la carità vera è sempre immeritata, incondizionata e gratuita!.[18] La carità è creativa nel trovare il linguaggio giusto per comunicare con tutti coloro che vengono ritenuti inguaribili e quindi intoccabili. Trovare il linguaggio giusto... Il contatto è il vero linguaggio comunicativo, lo stesso linguaggio affettivo che ha trasmesso al lebbroso la guarigione. Quante guarigioni possiamo compiere e trasmettere imparando questo linguaggio del contatto! Era un lebbroso ed è diventato annunciatore dell'amore di Dio. Dice il Vangelo: «Ma quello si allontanò e si mise a proclamare e a divulgare il fatto».[19]

Cari nuovi Cardinali, questa è la logica di Gesù, questa è la strada della Chiesa: non solo accogliere e integrare, con coraggio evangelico, quelli che bussano alla nostra porta, ma uscire, andare a cercare, senza pregiudizi e senza paura, i lontani manifestando loro gratuitamente ciò che noi abbiamo gratuitamente ricevuto. «Chi dice di rimanere in [Cristo], deve anch'egli comportarsi come lui si è comportato».[20] La totale disponibilità nel servire gli altri è il nostro segno distintivo, è l'unico nostro titolo di onore!

E pensate bene, in questi giorni in cui avete ricevuto il titolo cardinalizio, invochiamo l'intercessione di Maria, Madre della Chiesa, che ha sofferto in prima persona l'emarginazione a causa delle calunnie[21] e dell'esilio,[22] affinché ci ottenga di essere servi fedeli a Dio. Ci insegni Lei – che è la Madre – a non avere paura di accogliere con tenerezza gli emarginati; a non avere paura della tenerezza. Quante volte abbiamo paura della tenerezza! Ci insegni a non avere paura della tenerezza e della compassione; ci rivesta

[16] Cfr *Lc* 15, 11-32.
[17] Cfr *Mt* 20, 1-16.
[18] Cfr *1 Cor* 13.
[19] *Mc* 1, 45.
[20] *1 Gv* 2, 6.
[21] Cfr *Gv* 8, 41.
[22] Cfr *Mt* 2, 13-23.

di pazienza nell'accompagnarli nel loro cammino, senza cercare i risultati di un successo mondano; ci mostri Gesù e ci faccia camminare come Lui.

Cari fratelli nuovi Cardinali, guardando a Gesù e alla nostra Madre, vi esorto a servire la Chiesa in modo tale che i cristiani – edificati dalla nostra testimonianza – non siano tentati di stare con Gesù senza voler stare con gli emarginati, isolandosi in una casta che nulla ha di autenticamente ecclesiale. Vi esorto a servire Gesù crocifisso in ogni persona emarginata, per qualsiasi motivo; a vedere il Signore in ogni persona esclusa che ha fame, che ha sete, che è nuda; il Signore che è presente anche in coloro che hanno perso la fede, o che si sono allontanati dal vivere la propria fede, o che si dichiarano atei; il Signore che è in carcere, che è ammalato, che non ha lavoro, che è perseguitato; il Signore che è nel lebbroso – nel corpo o nell'anima –, che è discriminato! Non scopriamo il Signore se non accogliamo in modo autentico l'emarginato! Ricordiamo sempre l'immagine di san Francesco che non ha avuto paura di abbracciare il lebbroso e di accogliere coloro che soffrono qualsiasi genere di emarginazione. In realtà, cari fratelli, sul vangelo degli emarginati, si gioca e si scopre e si rivela la nostra credibilità!

Assegnazione dei Titoli o Diaconie

1. Cardinale Dominique Mamberti, *Diaconia di Santo Spirito in Sassia*

2. Cardinale Manuel José Macário do Nascimento Clemente, *Titolo di Sant'Antonio in Campo Marzio*

3. Cardinale Berhaneyesus Demerew Souraphiel, C.M., *Titolo di San Romano Martire*

4. Cardinale John Atcherley Dew, *Titolo di Sant'Ippolito*

5. Cardinale Edoardo Menichelli, *Titolo dei Sacri Cuori di Gesù e Maria a Tor Fiorenza*

6. Cardinale Pierre Nguyên Văn Nhon, *Titolo di San Tommaso Apostolo*

7. Cardinale Alberto Suárez Inda, *Titolo di San Policarpo*

8. Cardinale Charles Maung Bo, S.D.B., *Titolo di Sant'Ireneo a Centocelle*

9. Cardinale Francis Xavier Kriengsak Kovithavanij, *Titolo di Santa Maria Addolorata*

10. Cardinale Francesco Montenegro, *Titolo dei Santi Andrea e Gregorio al Monte Celio*

11. Cardinale Daniel Fernando Sturla Berhouet, S.D.B., *Titolo di Santa Galla*

12. Cardinale Ricardo Blázquez Pérez, *Titolo di Santa Maria in Vallicella*

13. Cardinale José Luis Lacunza Maestrojuán, O.A.R., *Titolo di San Giuseppe da Copertino*

14. Cardinale Arlindo Gomes Furtado, *Titolo di San Timoteo*

Nell'invitarvi a riscoprire la bellezza della vocazione umana all'amore, vi esorto anche a ribellarvi contro la diffusa tendenza a banalizzare l'amore, soprattutto quando si cerca di ridurlo solamente all'aspetto sessuale, svincolandolo così dalle sue essenziali caratteristiche di bellezza, comunione, fedeltà e responsabilità. Cari giovani, «nella cultura del provvisorio, del relativo, molti predicano che l'importante è "godere" il momento, che non vale la pena di impegnarsi per tutta la vita, di fare scelte definitive, "per sempre", perché non si sa cosa riserva il domani. Io, invece, vi chiedo di essere rivoluzionari, vi chiedo di andare controcorrente; sì, in questo vi chiedo di ribellarvi a questa cultura del provvisorio, che, in fondo, crede che voi non siate in grado di assumervi responsabilità, crede che voi non siate capaci di amare veramente. Io ho fiducia in voi giovani e prego per voi. Abbiate il coraggio di andare controcorrente. E abbiate il coraggio anche di essere felici» (*Incontro con i volontari alla GMG di Rio*, 28 luglio 2013).

Voi giovani siete dei bravi esploratori! Se vi lanciate alla scoperta del ricco insegnamento della Chiesa in questo campo, scoprirete che il cristianesimo non consiste in una serie di divieti che soffocano i nostri desideri di felicità, ma in un progetto di vita capace di affascinare i nostri cuori!

3. ... perché vedranno Dio.

Nel cuore di ogni uomo e di ogni donna risuona continuamente l'invito del Signore: «Cercate il mio volto!» (*Sal* 27, 8). Allo stesso tempo ci dobbiamo sempre confrontare con la nostra povera condizione di peccatori. È quanto leggiamo per esempio nel Libro dei Salmi: «Chi potrà salire il monte del Signore? Chi potrà stare nel suo luogo santo? Chi ha mani innocenti e cuore puro» (*Sal* 24, 3-4). Ma non dobbiamo avere paura né scoraggiarci: nella Bibbia e nella storia di ognuno di noi vediamo che è sempre Dio che fa il primo passo. È Lui che ci purifica affinché possiamo essere ammessi alla sua presenza.

Il profeta Isaia, quando ricevette la chiamata del Signore a parlare nel suo nome, si spaventò e disse: «Ohimè! Io sono perduto, perché un uomo dalle labbra impure io sono» (*Is* 6, 5). Eppure il Signore lo purificò, inviandogli un angelo che toccò la sua bocca e gli disse: «È scomparsa la tua colpa e il tuo peccato è espiato» (v. 7). Nel Nuovo Testamento, quando sul lago di Gennezaret Gesù chiamò i suoi primi discepoli e compì il prodigio della pesca miracolosa, Simon Pietro cadde ai suoi piedi dicendo: «Signore, allontanati da me, perché sono un peccatore» (*Lc* 5, 8). La risposta non si fece aspettare: «Non temere; d'ora in poi sarai pescatore di uomini» (v. 10). E quando uno dei discepoli di Gesù gli chiese: «Signore, mostraci il Padre e ci basta», il Maestro rispose: «Chi ha visto me, ha visto il Padre» (*Gv* 14, 8-9).

L'invito del Signore a incontrarlo è rivolto perciò ad ognuno di voi, in qualsiasi luogo e situazione si trovi. Basta «prendere la decisione di lasciarsi incontrare da Lui, di cercarlo ogni giorno senza sosta. Non c'è motivo per cui qualcuno possa pensare che questo invito non è per lui» (Esort. ap. *Evangelii gaudium*, 3). Siamo tutti peccatori, bisognosi di essere purificati dal Signore. Ma basta fare un piccolo passo verso Gesù per scoprire che Lui ci aspetta sempre con le braccia aperte, in particolare nel Sacramento della Riconciliazione, occasione privilegiata di incontro con la misericordia divina che purifica e ricrea i nostri cuori.

Sì, cari giovani, il Signore vuole incontrarci, lasciarsi «vedere» da noi. «E come?» – mi potrete domandare. Anche santa Teresa d'Avila, nata in Spagna proprio 500 anni fa, già da piccola diceva ai suoi genitori: «Voglio vedere Dio». Poi ha scoperto la via della preghiera come «un intimo rapporto di amicizia con Colui dal quale ci sentiamo amati» (*Libro della vita*, 8, 5). Per questo vi domando: voi pregate? Sapete che potete parlare con Gesù,

con il Padre, con lo Spirito Santo, come si parla con un amico? E non un amico qualsiasi, ma il vostro migliore e più fidato amico! Provate a farlo, con semplicità. Scoprirete quello che un contadino di Ars diceva al santo Curato del suo paese: quando sono in preghiera davanti al Tabernacolo, «io lo guardo e lui mi guarda» (*Catechismo della Chiesa Cattolica*, 2715).

Ancora una volta vi invito a incontrare il Signore leggendo frequentemente la Sacra Scrittura. Se non avete ancora l'abitudine, iniziate dai Vangeli. Leggete ogni giorno un brano. Lasciate che la Parola di Dio parli ai vostri cuori, illumini i vostri passi (cfr *Sal* 119, 105). Scoprirete che si può «vedere» Dio anche nel volto dei fratelli, specialmente quelli più dimenticati: i poveri, gli affamati, gli assetati, gli stranieri, gli ammalati, i carcerati (cfr *Mt* 25, 31-46). Ne avete mai fatto esperienza? Cari giovani, per entrare nella logica del Regno di Dio bisogna riconoscersi poveri con i poveri. Un cuore puro è necessariamente anche un cuore spogliato, che sa abbassarsi e condividere la propria vita con i più bisognosi.

L'incontro con Dio nella preghiera, attraverso la lettura della Bibbia e nella vita fraterna vi aiuterà a conoscere meglio il Signore e voi stessi. Come accadde ai discepoli di Emmaus (cfr *Lc* 24, 13-35), la voce di Gesù farà ardere i vostri cuori e si apriranno i vostri occhi per riconoscere la sua presenza nella vostra storia, scoprendo così il progetto d'amore che Lui ha per la vostra vita.

Alcuni di voi sentono o sentiranno la chiamata del Signore al matrimonio, a formare una famiglia. Molti oggi pensano che questa vocazione sia «fuori moda», ma non è vero! Proprio per questo motivo, l'intera Comunità ecclesiale sta vivendo un periodo speciale di riflessione sulla vocazione e la missione della famiglia nella Chiesa e nel mondo contemporaneo. Inoltre, vi invito a considerare la chiamata alla vita consacrata o al sacerdozio. Quanto è bello vedere giovani che abbracciano la vocazione di donarsi pienamente a Cristo e al servizio della sua Chiesa! Interrogatevi con animo puro e non abbiate paura di quello che Dio vi chiede! A partire dal vostro «sì» alla chiamata del Signore diventerete nuovi semi di speranza nella Chiesa e nella società. Non dimenticate: la volontà di Dio è la nostra felicità!

4. In cammino verso Cracovia

«Beati i puri di cuore, perché vedranno Dio» (*Mt* 5, 8). Cari giovani, come vedete, questa Beatitudine tocca molto da vicino la vostra esistenza

ed è una garanzia della vostra felicità. Perciò vi ripeto ancora una volta: abbiate il coraggio di essere felici!

La Giornata Mondiale della Gioventù di quest'anno conduce all'ultima tappa del cammino di preparazione verso il prossimo grande appuntamento mondiale dei giovani a Cracovia, nel 2016. Proprio trent'anni fa san Giovanni Paolo II istituì nella Chiesa le Giornate Mondiali della Gioventù. Questo pellegrinaggio giovanile attraverso i continenti sotto la guida del Successore di Pietro è stata veramente un'iniziativa provvidenziale e profetica. Ringraziamo insieme il Signore per i preziosi frutti che essa ha portato nella vita di tanti giovani in tutto il pianeta! Quante scoperte importanti, soprattutto quella di Cristo Via, Verità e Vita, e della Chiesa come una grande e accogliente famiglia! Quanti cambiamenti di vita, quante scelte vocazionali sono scaturiti da questi raduni! Il santo Pontefice, Patrono delle GMG, interceda per il nostro pellegrinaggio verso la sua Cracovia. E lo sguardo materno della Beata Vergine Maria, la piena di grazia, tutta bella e tutta pura, ci accompagni in questo cammino.

Dal Vaticano, 31 gennaio 2015
Memoria di san Giovanni Bosco

FRANCISCUS PP.

NUNTIUS TELEVISIFICUS

Occasione eventus nuncupati «Exhibitio idearum».*

Buongiorno a voi tutti, donne e uomini, che siete radunati oggi per riflettere sul tema: Nutrire il Pianeta, Energia per la Vita.

In occasione della mia visita alla FAO ricordavo come, oltre all'interesse «per la produzione, la disponibilità di cibo e l'accesso a esso, il cambiamento climatico, il commercio agricolo» che sono questioni ispiratrici cruciali, «la prima preoccupazione dev'essere la persona stessa, quanti mancano del cibo quotidiano e hanno smesso di pensare alla vita, ai rapporti familiari e sociali, e lottano solo per la sopravvivenza».[1]

Oggi, infatti, nonostante il moltiplicarsi delle organizzazioni e i differenti interventi della comunità internazionale sulla nutrizione, viviamo quello che il santo Papa Giovanni Paolo II indicava come «paradosso dell'abbondanza». Infatti, «c'è cibo per tutti, ma non tutti possono mangiare, mentre lo spreco, lo scarto, il consumo eccessivo e l'uso di alimenti per altri fini sono davanti ai nostri occhi. Questo è il paradosso! Purtroppo questo paradosso continua a essere attuale. Ci sono pochi temi sui quali si sfoderano tanti sofismi come su quello della fame; e pochi argomenti tanto suscettibili di essere manipolati dai dati, dalle statistiche, dalle esigenze di sicurezza nazionale, dalla corruzione o da un richiamo doloroso alla crisi economica».[2]

Per superare la tentazione dei sofismi – quel nominalismo del pensiero che va oltre, oltre, oltre, ma non tocca mai la realtà – per superare questa tentazione, vi suggerisco tre atteggiamenti concreti.

1) Andare dalle urgenze alle priorità

Abbiate uno sguardo e un cuore orientati non ad un pragmatismo emergenziale che si rivela come proposta sempre provvisoria, ma ad un orientamento deciso nel risolvere le cause strutturali della povertà. Ricordiamoci che la radice di tutti i mali è la inequità.[3] A voi desidero ripetere quanto ho scritto in *Evangelii gaudium*: «No, a un'economia dell'esclusione e della inequità. Questa economia uccide. Non è possibile che non faccia notizia il

* Die 7 Februarii 2015.

[1] *Discorso alla FAO*, 24 novembre 2014.

[2] *Ibid.*

[3] Cfr Esort. Ap. *Evangelii gaudium*, 202.

fatto che muoia assiderato un anziano ridotto a vivere per strada, mentre lo sia il ribasso di due punti in borsa».[4] Questo è il frutto della legge di competitività per cui il più forte ha la meglio sul più debole. Attenzione: qui non siamo di fronte solo alla logica dello sfruttamento, ma a quella dello scarto; infatti «gli esclusi non sono solo esclusi o sfruttati, ma rifiuti, sono avanzi».[5]

È dunque necessario, se vogliamo realmente risolvere i problemi e non perderci nei sofismi, risolvere la radice di tutti i mali che è l'inequità. Per fare questo ci sono alcune scelte prioritarie da compiere: rinunciare all'autonomia assoluta dei mercati e della speculazione finanziaria e agire anzitutto sulle cause strutturali della inequità.

2) Siate testimoni di carità

«La politica, tanto denigrata, è una vocazione altissima, è una delle forme più preziose della carità perché cerca il bene comune». Dobbiamo convincerci che la carità «è il principio non solo delle micro-relazioni: rapporti amicali, familiari, di piccolo gruppo, ma anche delle macrorelazioni: rapporti sociali, economici, politici».[6]

Da dove dunque deve partire una sana politica economica? Su cosa si impegna un politico autentico? Quali i pilastri di chi è chiamato ad amministrare la cosa pubblica? La risposta è precisa: la dignità della persona umana e il bene comune. Purtroppo, però, questi due pilastri, che dovrebbero strutturare la politica economica, spesso «sembrano appendici aggiunte dall'esterno per completare un discorso politico senza prospettive né programmi di vero sviluppo integrale».[7] Per favore, siate coraggiosi e non abbiate timore di farvi interrogare nei progetti politici ed economici da un significato più ampio della vita perché questo vi aiuta a «servire veramente il bene comune» e vi darà forza nel «moltiplicare e rendere più accessibili per tutti i beni di questo mondo».[8]

3) Custodi e non padroni della terra

Ricordo nuovamente, come già fatto alla FAO, una frase che ho sentito da un anziano contadino, molti anni fa: «Dio perdona sempre, le offese,

[4] *Ibid.*, 53.
[5] *Ibid.*, 53.
[6] *Ibid.*, 205.
[7] *Ibid.*, 203.
[8] *Ibid.*

gli abusi; Dio sempre perdona. Gli uomini perdonano a volte. La terra non perdona mai! Custodire la sorella terra, la madre terra, affinché non risponda con la distruzione».[9]

Dinanzi ai beni della terra siamo chiamati a «non perdere mai di vista né l'origine, né la finalità di tali beni, in modo da realizzare un mondo equo e solidale», così dice la dottrina sociale della Chiesa.[10] La terra ci è stata affidata perché possa essere per noi madre, capace di dare quanto necessario a ciascuno per vivere. Una volta, ho sentito una cosa bella: la Terra non è un'eredità che noi abbiamo ricevuto dai nostri genitori, ma un prestito che fanno i nostri figli a noi, perché noi la custodiamo e la facciamo andare avanti e riportarla a loro. La terra è generosa e non fa mancare nulla a chi la custodisce. La terra, che è madre per tutti, chiede rispetto e non violenza o peggio ancora arroganza da padroni. Dobbiamo riportarla ai nostri figli migliorata, custodita, perché è stato un prestito che loro hanno fatto a noi. L'atteggiamento della custodia non è un impegno esclusivo dei cristiani, riguarda tutti. Affido a voi quanto ho detto durante la Messa d'inizio del mio ministero come Vescovo di Roma: «Vorrei chiedere, per favore, a tutti coloro che occupano ruoli di responsabilità in ambito economico, politico o sociale, a tutti gli uomini e le donne di buona volontà: siamo custodi della creazione, del disegno di Dio iscritto nella natura, custodi dell'altro, dell'ambiente; non lasciamo che segni di distruzione e di morte accompagnino il cammino di questo nostro mondo! Ma per custodire dobbiamo anche avere cura di noi stessi! [...] Non dobbiamo avere paura della bontà, anzi della tenerezza». Custodire la terra non solo con bontà, ma anche con tenerezza.

Ecco dunque tre atteggiamenti che vi offro per superare le tentazioni dei sofismi, dei nominalismi, di quelli che cercano di fare qualcosa ma senza la concretezza della vita. Scegliere a partire dalla priorità: la dignità della persona; essere uomini e donne testimoni di carità; non aver paura di custodire la terra che è madre di tutti.

A voi tutti chiedo di pregare per me: ne ho bisogno. E su voi invoco la benedizione di Dio. Grazie.

FRANCISCUS PP.

[9] *Discorso alla FAO*, 24 nov. 2014.

[10] *Compendio della Dottrina Sociale della Chiesa*, 174.

CARDINALIUM COMMISSIO AD VIGILANDUM INSTITUTUM OPERUM RELIGIONIS (I.O.R.)

RESCRIPTUM «EX AUDIENTIA SS.MI»

In riferimento all'Istituto per le Opere di Religione, nell'Udienza concessa al sottoscritto Presidente della Commissione Cardinalizia il giorno 10 gennaio 2015, il Santo Padre Francesco ha disposto le seguenti modifiche allo Statuto in vigore:

– il numero dei Membri della Commissione Cardinalizia e del Consiglio di Sovrintendenza è elevato da cinque a sei;

– per la validità delle adunanze e delle deliberazioni della Commissione e del Consiglio è necessario il voto favorevole della maggioranza dei Membri in carica;

– il Presidente della Commissione Cardinalizia ha voto di qualità sempre che sia necessario per formare la maggioranza richiesta per costituire il Collegio o per adottare delibere concrete nel cui caso sarà sempre necessario il parere coincidente di tre Membri.

Il Santo Padre ha altresì stabilito che quanto è stato disposto entri in vigore immediatamente, sia comunicato alla Commissione Cardinalizia ed al Consiglio di Sovrintendenza, nonché di seguito sia pubblicato nel commentario ufficiale *Acta Apostolicae Sedis*.

✠ Santos card. Abril y Castelló
Presidente
della Commissione Cardinalizia di
Vigilanza dello I.O.R.

Dal Vaticano, il 10 gennaio 2015

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

GERUNDENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Rosae Teresiae Gay i Tibau Fundatricis Instituti Sororum a Sancto Ioseph nunc Religiosarum a Sancto Ioseph de Gerona (1813-1884)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis» (*Lc* 10, 12).

In vita et in spirituali itinere Servae Dei Mariae Rosae Teresiae Gay i Tibau verba hymni iubilationis Christi aptissime confirmantur, enim vere Pater *«haec»* mundi potentes celavit revelavitque autem pusillae ac humili Servae, quae die 24 mensis Octobris anno 1813 nata est in pago v.d. *Llagostera* iuxta oppidum Gerundense, in familia opibus parva et christiana fide firmissima. Secundo vix anno aetatis exigente, Serva Dei patrem perdidit, dum, Hiberica paeninsula e Napoleonis exercitibus invasa et Catalonia detenta, pagus Llagosterae nonnullis annis in Gallorum exercituum ditione manet. Paulo post patris obitum Paulus fraterculus natus est. Serva Dei cum eo et cum matre vixit, a qua primam christianam et vix litterarum institutionem habuit. Pueritia et adulescentia domesticis in muneribus incubuit.

Anno 1850 iuxta valetudinarium Sanctae Catharinae Gerundae Servae Dei mater decessit, illa in vice Maria Rosa doctorem Amerium Ros animadvertit et cognovit. Post matris obitum et fratris matrimonium, Maria Rosa, familiaribus e muneribus soluta, statuit se Gerundam migrare, quo novum regimen vitae aggressa est, versans ut doctoris famula et adiutrix in aegrotorum cura. Haec consuetudo et hoc ministerium eam fecerunt certiorem de destitutionis condicione, in qua multi infirmorum degerent. Illo tempore Serva Dei primum Tertio Ordini Sancti Dominici et deinde So-

dalitati Pretiosissimi Sanguinis adhaesit etiam ad aegrotos ipsius Consociationis auxiliandos. Qua re familiam doctoris Ros relinquit et ad ministerium aegrotorum omnino se devovit. Ratio sui operis sic maxime compendiatur: *dolorem mitigare et pacem serere in dolentibus.*

Servae Dei spiritualitas super mysterium Iesu Christi Misericordiae in laborantibus corpore et anima fundabatur et contemplatio plagarum Domini eam impellit ut generose infirmos visitare studeret. Qua re, una cum amica Carmina Esteve et aliis iuvenibus Institutum fundare voluit, cui nomen dederunt *Hermanas de San José*; gradatim et alias iuvenes mulieres hoc in spirituali proposito secum traxit. Ministerium praecipue iuxta domicilia exercebatur, quia illo tempore homines non facile ad valetudinaria confugiebant, aegroti ergo domibus manebant, quo precariis ac ineptis praesidiis curabantur. Maria Rosa divinae gratiae actioni prompta, vivens fide simplici ac necessaria, singulare testimonium perhibuit christianae constantiae, patientiae, serenitatis, humilitatis, oboedientiae et denique communicationis dolentibus, secundum vim Evangelii beatitudinum. Sincere se donans fragilioribus fratribus, Serva Dei, ardentem amorem in Iesum Eucharisticum, tenerum ac filialem affectum in Virginem Mariam et magnam devotionem in Sanctum Ioseph, quem in silentio, in modestia ac in latitando secuta est, semper ostendit. Omnino in manibus divinae Providentiae commissa, omnes difficultates, tam oeconomicas et in rebus agendis quam psicologicas et spirituales, usque ad sui ipsius perfectum sacrificium, fortiter aggressa est.

Auxilium aegrotorum semper urgebat et hoc cotidie illa ad effectum perducebat. «*Cras quiescam*» dictitare amabat. Maria Rosa humanissime animadvertebat poenas ac dolores omnium hominum, quibus incideret, et eius amor sponsalis in Christum inducebat eam ut in aegroti vultu semper faciem divini Sponsi videret.

Anno 1870, Serva Dei et eius comites, quae vulgo nuncupabantur «*infirmorum vigilantes*», Gerundensi ab episcopo facultatem communiter degendi religiosae vitae habuerunt. Cum illis fraternitates similes coniunxerunt, quae iam alibi ministerium suum adhibebant et quae magnum Instituti incrementum peperunt, cuius tamen Maria Rosa numquam antistita fuit. Illa vero spiritualis mater sodalitatis fuit, semper ad ministerium parata, secundum Evangelii praecepta «Quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus» (*Mc* 10, 44).

Serva Dei Gerundae die 18 mensis Martii anno 1884 e vita pie migravit.

Fama sanctitatis eius perspecta, iuxta Curiam Gerundensem a die 26 mensis Iunii ad diem 3 mensis Maii anno 1998 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per Decretum diei 4 mensis Iulii anno 1998 est approbata. Exarata *Positione,* die 11 mensis Ianuarii anno 2005 Historicorum Consultorum Congressus, positivo cum exitu, habitus est. Deinde secundum normas disceptatum est an Serva Dei heroum in gradum virtutes excoluisset. Die 8 mensis Iunii anno 2012 alter Congressus, prospero cum exitu, celebratus est. Patres Cardinales et Episcopi die 19 mensis Novembris anno 2013 in Sessione Ordinaria congregati, me Angelo card. Amato praesidente, Servam Dei virtutes theologales, cardinales et adnexas heroicum in modum exercuisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Rosae Teresiae Gay i Tibau, Fundatricis Instituti Sororum a Sancto Ioseph nunc Religiosarum a Sancto Ioseph de Gerona, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Decembris a.D. 2013.

ANGELUS card. AMATO, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

ROMANA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Olivae Bonaldo (in religione: Mariae Olivae a Corpore Mystico) Fundatricis Congregationis Filiarum Ecclesiae (1893-1976)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Intellexi Iesum, mihi clarissima fuit Corporis Mystici notio; me sentiebam mutatam, caelum totum in me erat, res terrestres mihi tristes apparuerunt et vanitas omnia quae ad Deum non pertinebant».

His verbis Serva Dei Maria Oliva Bonaldo die quodam suis narravit sororibus eventum vitae suae quem oblivisci non potuit quique, eodem tempore, altissimum manifestavit eius spiritualitatis secretum.

Serva Dei die 26 mensis Martii anno 1893 Castri Francorum (Tarvisii) est orta. Adhuc puellula matre est orbata; hoc profunde eius personam designavit in transitu ad adulescentiae aetatem, tamen sempre viva mansit eius in conscientia alta religiosa institutio a matre accepta, potissimum amor erga Eucharistiam et pauperes. Alumna Collegii Canossianarum Tarvisii, technicas ibi frequentavit scholas; deinde studia Venetiis est prosecuta, ubi magistrale consecuta est diploma. Navitatem docendi in *Campigo* coepit (Tarvisii) suas evolvens dotes paedagogicas et didacticas cum creativo intellectu. Prompta et sollicita de pauperibus, eis suum cum simplicitate magnanimitateque salarium dabat. Desponsa fuit alicui iuveni pictori ex Venetiis ut familiam formaret, tamen in animo sibi de hoc penitus displicuit.

Die 22 mensis Maii anno 1913, in processione Corporis Christi, «gratiam extraordinariam lucis et roboris» est experta, sicut reverendo Cyro Scotti (sacerdoti Aenariae, Servi Dei) scripsit, et dare desiderium animadvertit se totam Domino per operam pro Ecclesiae bono dicandi. Interea missionem docendi est prosecuta, in animo deditionem sine conditione Deo et Ecclesiae maturans. Illo tempore primum bellum mundiale deflagrabat atque Serva Dei profuga fuit in *Portiolo* (Mutinae); ut desiderio responderet sequendi illos qui ultimi erant, efficacia ad finem adduxit incepta necessitudinem cum pueris eorumque evangelizationem spectantia atque se magno cum fructu sapientiali dicavit Sacrarum Scripturarum lectioni.

Anno 1920 suam sacrificans inspirationem in oboedientia moderatori spirituali, inter Filias Caritatis Canossianas est ingressa. In litteris lau-

ream est adepta atque munus explevit aestimatae institutricis et etiam moderatricis Instituti Magistralis Canossianarum Tarvisii. Serva Dei sensiit tamen altissimum desiderium ut Ecclesiae daret familiam « filiarum », quae eam cognoscerent, amarent eique servirent necnon ut Ecclesiam cognosci et amari facerent. Episcopus Tarvisinus Andreas Hyacinthus Longhin (nunc beatus), qui eius factus est spiritalis moderator, permisit ei « aptum instrumentum » ad fundationem quaerere. Ab anno 1931 ad annum 1937 difficultates et impedimenta ad consilii adimpletionem se multiplicaverunt et his in circumstantiis Serva Dei testimonium heroicae fidei dedit, spei et oboedientiae. Tandem, post translationem ad Venetias, conditiones fuerunt ad experimentum probandum atque die 24 mensis Iunii anno 1938, simul cum quattuor iuvenibus, Operam Filiarum Ecclesiae ad primos initiavit passus, et deinde habuit expansionem numericam, territorialem et apostolicam. Serva Dei, a Summo Pontifice Pio XII a voto absoluta ut cunctam per vitam Canossiana esset, die 2 mensis Augusti anno 1946 vota nuncupavit perpetua veluti Filia Ecclesiae et ab illo tempore usque ad mortem Moderatrix Generalis fuit sui Instituti, quod die 8 mensis Iunii anno 1957 definitivam accepit approbationem.

Mater Maria Oliva, cui Deus dono dedit spiritalem maternitatem, ex contemplatione magnanimum apostolicum fervorem hauriens, se instituendis dicavit suis spiritualibus filiabus, eas verbis et exemplo concitans; attente magisterium est secuta ut temporis signa legeret atque opportune necessitatibus Ecclesiae responderet, suis etiam filiabus sollicitudinem tradens de salute fratrum deque christianorum unitate. In spiritali eius indole amor Patris eminuit, constans studium ut se ipsam Iesu Christo conformaret, in humilitate potissimum et in oboedientia, erga Spiritum Sanctum docilitas; teneritas resplenduit ad Virginem, quam semper veluti Matrem Ecclesiae est venerata quamque plena in deditione Iesu eiusque Mystico Corpori est imitata. Contemplationem suam nutrivit semper de liturgia hauriens, desiderans ad omnes cum luce Evangelii pervenire. Ex adoratione eucharistica et continua oratione vim prompsit ut populum adiret.

Cum pauca cultus aedificia in suburbiis essent Romae, Bononiae et in Italia meridionali, tria vehicula publica veluti sacella apparare fecit, sic dictas « ecclesiolas itinerantes ». Studiose est conata provocationibus mundi suae aetatis respondere etiam per commentaria atque diffusionem textuum

magisterii, tum pontificum tum episcoporum, socialem Ecclesiae doctrinam singulari modo considerat. Exemplariter consilium suis datum filiabus adimplevit: esse videlicet «contemplativae et hanc ob rem apostolae». Annos Concilii Oecumenici Vaticani II intensa gratitudine vixit et in documentis conciliaribus suam intuitionem charismaticam recognovit.

Serva Dei sua in vita dotes humanas cum donis gratiae coniungere potuit, absconditionem cum munere, contemplationem cum actione. Vera fuit mystica in cotidiana vita atque sua dona orationis, spiritualis maternitatis et apostolici incepti pro Ecclesia profudit, cuius se profonde et humiliter considerabat filiam. Adhortationi respondens Ecclesiae circa opera in terris extra Europam adimplenda, filias suas in Boliviam misit, Brasiliam, Columbiam, Argentinam, Americam Septentrionalem, Indiam, inter gentes pauperrimas et egentiores. Romae die 10 mensis Iulii anno 1976 pie in Domino obdormivit.

Perdurante fama sanctitatis, est peracta Inquisitio dioecesana apud Vicariatum Romae a die 17 mensis Iunii anni 1987 usque ad diem 15 mensis Septembris anni 1992 atque Inquisitio Rogatorialis Tarvisii a die 24 mensis Octobris anni 1987 ad diem 6 mensis Iunii anni 1988, quarum iuridica validitas Decreto die 14 mensis Maii anno 1993 a Congregatione de Causis Sanctorum est recognita. Parata *Positione,* disceptatum est, iuxta suetas normas, an Serva Dei virtutes heroico modo exercuisset. Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus die 23 mensis Martii anno 2012, positivo cum exitu, habitus est. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die 5 mensis Novembris anno 2013 congregati, me, Angelo cardinale Amato, moderante, edixerunt Servam Dei heroico modo virtutes theologales, cardinales iisque adnexas excoluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per me, subscriptum Cardinalem Praefectum, accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Cantate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Olivae Bonaldo a Corpore Mystico, Fundatricis Filiarum Ecclesiae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Decembris a.D. 2013.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

HELIOPOLITANA GRAECORUM MELKITARUM

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Romani Bottegal Sacerdotis Professi Ordinis Cisterciensium Strictioris Observantiae Eremitae (1921-1978)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«In medio Amoris – in medio Universi – in ultimo loco; Minima creatura, laetus de micis; Ut pastor bonus – ut Mater omnium, ut omnes sint consummati in unum, consummati in gaudio Silentii Aeterni Amoris».

Famuli Dei Romani Bottegal ut universam vitam et christianam pietatem, sic intaminatum sacerdotium brevissima haec dicta illuminant, quae pariter eius lucem in rei mysticae fines mittunt.

Hic Dei Famulus in pago Sancti Donati, prope Lamonem, in agro Bellunensi, sex liberorum extremus a parentibus pauperrimis genitus est die 28 Decembris anni 1921. Doctrina imbutus puerili, totum se ad statum clericalem rite instituendum dedit, primum in seminario minore Feltriensi, deinde in maiore Bellunensi; ibique non modo prorectore, verum etiam praeceptore usus est Albino Luciani, Dei Famulo, qui multis post annis arcano Dei consilio ad Apostolatum assumptus Ioannes Paulus, huius nominis primus, voluit appellari. Post completum decimum octavum aetatis annum perpetuae castitatis votum emisit. Dum vero theologiae vacat, persuasum habuit sese ad umbratilem capessendam vitam, caelestium rerum contemplationi deditam, divino quodam instinctu vocari; hortantibus tamen cum superioribus, tum ipso pietatis magistro, aliquid spatii sumpsit ad deliberandum, donec ad excelsam sacerdotii dignitatem ascendit die 29 Iunii anni 1946.

Posthac relicta dioecesi cum abbatiam trium fontium ad Aquas Salvias, in alma hac Urbe, esset ingressus, primum anno 1951 perpetuis nuncupatis votis se obligavit, deinde in Gregoriano Athenaeo licentia theologiae potitus est. Idem deinceps conversorum novitiorumque magister, cantor ac coenobii antistes fuit.

Anno autem 1961 adfuit abbati Latrunensi in Israel, qui, cum sodalitatem esset Cisterciensium Strictioris Observantiae ritus maronitae in Libano conditurus, voluntariorum opis indigebat; ibique non linguarum dumtaxat arabicae et syriacae, sed liturgiae orientalis studiis se dedit. Minime vero procedente consilio, Oriente propinquo discedens anno 1963 abbatiam trium fontium ad Aquas Salvias repetivit; ibique concessit ei abbas, quippe qui

compertum haberet maius eum silentium appetere ac solitudinem, ut intra praedium coenobii urbanum segregem ageret vitam.

Quam cum novus deinceps antistes anno 1964 non amplius permitteret, Romanus, sese divino afflatu ad solitariam vitam vocari certus, exclaustrationis indulto ab hac Apostolica Sede impetrato, in fidem Episcopi Heliopolitani Graecorum Melkitarum, in Libano, se contulit. Itaque solitudines prius, quas Libanenses vulgo Jabbouleh nominant, ab anno 1964 ad annum 1969, deinde loca sancta in Palaestina, usque ad annum 1973, tenuissimo cultu vivens incoluit.

Tandem reversus in eremum Jabbouleh, supremum ibidem vitae quinquennium transegit. Interea fraterna necessitudine cum monachos quosdam, tum priscos superiores abbatiae trium fontium ad Aquas Salvias attingebat. Vita severus, exigua victus ratione contentus idemque supellectile, instrumento calidario, omnibus denique vitae commodis carens, Muslimos accolas in admirationem coniciebat, qui tamen persuasum habebant sibimetipsis Deum propter illius praesentiam adesse.

Vir constantissimus, cum magna quaedam spectaret, incorrupta prudentia numquam non egit. Severitatem lenitate compensavit, eaque non modo in semetipsum, sed etiam in alios, immo magis in omnem creaturam. Suos hortatus ut necessitatem, qua premebantur, aequo animo ferrent, mirae animi tranquillitatis, dum vixit, auctoritatem et fidem habuit, testificans itidem totum se esse divinae Providentiae commissum.

Sane nostri huius Famuli Dei vita ac religio aliorum insistit vestigia qui in colloquio Christifidelium cum Muslimis primas egerunt partes. Etenim multos annos vixit inter Macometanae legis cultores, orando atque ignoscendo, cum sibi persuasum haberet in egestate, in oratione, in opere denique optimas consistere partes accommodato ad paschale mysterium animo. Solitariam vitam et in Eucharistiam veluti in centrum vergentem vultu hilari atque laeto vixit. Latendo vitam suam prodegit, pacem mentis servavit, ad Christi imitationem divina secundavit consilia, ad amplectendum scilicet sua caritate universum hominum genus, immo magis universum mundum. In divino mysterio demersus, humanam consortionem constantissime coluit atque observavit. Senserat enim suam vitam nihil aliud esse quam merum instrumentum ad instaurandum in terris Regnum Dei. Quare, dum vixit, pro certo habuit se esse «minimam creaturam in corde amoris et rerum naturae; unum cum plebe Dei universa, in Ecclesia Dei, ad altare Dei».

Saeviente bello civili, omnes angustias pertulit ac indignitates, dum suum servaret eremum. Olim nocturno tempore a Syris militibus captum dux ipse dimisit atque adeo illius precibus postea se commendavit. In custodia vero supremum vitae biennium traduxit. Vita dura confectus idemque iam tabe laborans, renidenti ore etiam cum extremum spiritum duceret omnium animis pietatem addebat. Tandem in Berytensi valetudinario vitam caelo reddidit die 19 Februarii anni 1978.

Sanctitatis fama, quam, dum viveret, omnium virtutum splendore sibi comparaverat, post eius obitum adeo percrebuit, ut Cistercienses Strictioris Observantiae, in quorum numero esse ille numquam desierat, generali Consilio anno 1999 coacto, ipsius Dei Famuli causam quam primum suscipi iuberent. Itaque in eparchiali curia Heliopolitana Graecorum Melkitarum, a die 10 mensis Iunii, anno 2001, ad diem 10 mensis Martii, anno 2002, et per rogatoriales Litteras Monte Regali et Belluni necnon in huius almae Urbis Vicariatu, iure statutae Inquisitiones sunt peractae; quas omnes et singulas haec ipsa Congregatio de Causis Sanctorum, edito Decreto die 30 mensis Maii, anno 2003, legitime probavit. Praeparata igitur *Positione*, tralaticio more inita est disquisitio, an Dei Famuli virtutes, quas theologales, cardinales iisque adnexas vocant, heroicum gradum attigissent; de quibus in Peculiari, qui dicitur, Theologorum Consultorum Congressu, die 29 mensis Ianuarii, eodem hoc vertente anno, prospere habito, actum est. Dein propositum est dubium in Ordinaria Sessione, quae die 19 Novembris proxime elapsi coacta est, cui praefui ego Angelus cardinalis Amato, Congregationis de Causis Sanctorum Praefectus; in qua cuncti, qui intererant, tum Patres Cardinales tum Episcopi Causis Sanctorum tractandis, ipsius Dei Famuli virtutes, sive theologales sive cardinales, iisque adnexas, ad gradum heroicum pervenisse quasi uno ore adfirmarunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Romani Bottegal, Sacerdotis Professi Ordinis Cisterciensium Strictioris Observantiae et Eremitae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Decembris a.D. 2013.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

SANCTI IOANNIS PORTORICENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Raphaëlis Cordero Molina Christifidelis Laici (1790-1868)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Sinite parvulos venire ad me» (*Mc* 10, 14).

Per quinquaginta et octo annos indesinenter Servus Dei Raphaël Cordero Molina gratis et amore Dei parvulos erudivit.

Servus Dei, ex patre servo et matre libera, ambo tamen e nigra progenie, die 24 mensis Octobris anni 1790 in civitate Santi Ioannis Portoricensis natus est ac die 7 mensis Novembris in ecclesia Cathedrali eiusdem civitatis fuit baptizatus; confirmationem autem recepit die 5 mensis Iulii anni 1804. Annos viginti natus, aulam scholasticam aptavit in domo sua ad quam suaviter pueros per vias vagantes intrare compellebat, eosque, a sexto usque ad decimum annum aetatis, legere, scribere, numerare et orare, absque ullo emolumento, quotidie edocebat. Initio et fine lectionum pueri antiphonam *Salve Regina* recitabant, saepe professionem fidei et orationem dominicam repetebant, catechismum recolebant.

Raphaël, etsi titulo seu diplomate academico carebat, adeo arte paedagogica praeditus erat, ut cito nonnulli pauperes parvuli, cuiuscumque coloris aut condicionis, sive filii servorum essent sive liberi, laeti in domum magistri convolare coeperunt. Post aliquot autem annos etiam pueri altioris coetus socialis scholam frequentare desiderabant, et magister Raphaël absque ulla difficultate eos admisit atque tempora praecurrens, ut dici solet, veram et fraternam communionem sive inter parvulos sive inter eorum familias, absque ulla distinctione coloris vel coetus socialis, instauravit. Insuper omnes, etiam divitiores, gratis edocebat, quodsi aliqua familia aliquid solvere decernebat, non pro se sed ut pauperiores adiuvaret pecuniam accipiebat.

Notatu dignum quod magister Raphaël scientiam, quam parvulis communicabat, domi a parentibus suis didicerat, qui magisterium exercebant, sed cum essent pauperes non potuerunt filium in scholam publicam altioris gradus mittere, ideoque titulo seu diplomate academico carebat Raphaël, quapropter, postquam per quinquaginta annos et amplius magisterium exercuerat, cum promulgata fuisset lex quae exercere magisterium prohibebat

iis qui titulo academico carebant, ipse titulo «magistri inchoati» insignitus fuit, ut opus suum prosequi valeret, necnon praemium pecuniarium dono recepit, quod statim pauperibus distribuere curavit.

Optime ipse propriam vocationem descripsit dicens: «Ego magister non sum, neque homo litteratus: honoratissimum illum titulum non mereor quem adorabili nostro Redemptori tribuimus. Ego legem Dei et bonos mores doceo; deliciae meae sunt in docendo parvulos istos amore et reverentia erga parentes et aetate provectos necnon affectum et benevolentiam erga fratres et comites. Parvulos diligo, a solis ortu fere usque ad occasum laetus inter eos dego, eorum tarditas mentis mihi non est onerosa, neque eorum quaestiones et interrogationes mihi sunt importunae, immo neque eorum ignorantia animum meum deflectit. Adeo innocentes sunt et invalidi!».

Totum parvulis educandis se dedit, matrimonio renuntians et caste in coelibatu vivens, insuper sororis infirmae per aliquot annos curam gerens. Non solum autem scientiam gratis comunicabat, verum etiam aliquando cibum sibi paratum vel vestem suam pauperibus donare visus est.

Magister Raphaël ab alumnis ut magister fidei, potius quam ut magister litterarum, recordabatur, quam fidem exemplo praesertim inculcabat. Habebat, verbi gratia, unam tantum vestem elegantiorem, quam solummodo induebat quando die dominica ad mensam eucaristicam accedebat. Confraternitati Beatae Mariae Virginis a Rosario inscriptus assidue rosarium orabat et semper in Dei praesentia videbatur ambulare.

Spem in solo Domino ponens, nicotiaris foliis elaborandis plures horas quotidie dicabat ut propriis necessitatibus provideret, et quod ei supererat aliis tradebat.

Schola magistri Raphaëlis tempus feriarum non contemplabat, sed semper, exceptis festis de praecepto, aperta mansit usque ad diem 5 mensis Iulii anni 1868, quando, post brevem aegritudinem, in domo sua, ab alumnis comitatus, quos dimidia hora prius quam expiraret convocaverat, animam Deo reddidit ad Deum se convertens his verbis: «Deus meus, accipe me in sinum tuum».

Ad funus magistri Raphaëlis plus quam duo milia fidelium sponte convenerunt, et memoria eius a quamplurimis familiis servata est in benedictionem.

Fama sanctitatis eius, apud Curiam ecclesiasticam Sancti Ioannis Portoricensis, Inquisitio dioecesana anno 2004 instructa est, cuius iuridicam validitatem Congregatio de Causis Sanctorum adprobavit per Decretum diei

11 mensis Martii anno 2005. Apparata *Positione,* ex consuetudine disceptatum est an Servus Dei virtutes heroico in gradu exercuisset. Felici cum exitu die 17 mensis Februarii anno 2012 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Purpurati Patres et Episcopi, congregati in Sessione Ordinaria die 19 mensis Novembris anno 2013, cui praefui egomet, Angelus card. Amato, declaraverunt Servum Dei in theologalibus, cardinalibus eisque adnexis virtutibus exsequendis fastigium heroicitatis attigisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Raphaëlis Cordero Molina, Chistifidelis Laici, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Decembris a.D. 2013.

Angelus card. Amato, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

STRIGONIENSIS - BUDAPESTINENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Marcelli a Virgine Carmeli (in saeculo: Balthasaris Marton) Sacerdotis Professi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum (1887-1966)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Deus Caritas est» (*1 Gv* 4, 16).

His verbis, in memoriali propriae ordinationis sacerdotalis inscriptis, voluit Servus Dei Marcellus a Virgine Carmeli (in saec.: Balthasar Marton) fontem exprimere a quo totius vitae cursu vires accepit et ad quem proximos suos indesinenter ducere curavit.

Servus Dei natus est die 9 mensis Septembris anno 1887 in loco *Kiskomárom* (hodie *Zalakomár)* dioecesis *Kaposvár* in Hungaria, ibique die sequenti baptismum recepit. Gymnasialibus studiis in civitatibus *Keszthely* et *Nagyszombat* peractis, facultatem Litterarum in Universitate Budapestinensi annis 1905-1910 summa cum laude frequentavit. Professoris linguarum hungaricae, latinae et graecae, ab anno 1910 usque ad annum 1916, et deinde, post bellum, ab anno 1918 usque ad annum 1925, in civitatibus *Petrozsén* et *Zalaegerszeg* munere functus, magnam sibi laudem comparavit. Quo tempore Balthasar in oppido *Zalaegerszeg* degebat, in eodem loco futurus Cardinalis Iosephus Mindszenty cappellani primum, deinde paroci, munere fungebatur; ac dum, primo bello mundiali saeviente, Servus Dei ad militiam profectus est. Post bellum, et post suam, ut ipse aiebat, conversionem relationes inter Servum Dei et futurum dominum Mindszenty valde cordiales factae sunt, non modo quasi inter collegas in docendo, sed quasi inter addictissimos amicos.

A tempore frequentationis Universitatis Budapestinensis usque ad reditum e bello sub fine anni 1918, Balthasar visus fuit fidem catholicam amisisse, sacramentorum enim frequentiam suspendit et per quindecim annorum spatium nec confessionem fecit nec sacram communionem recepit. Immo, oblito vero Deo personali, ipsi deus videbatur esse tantummodo Natura et quidquid pulchri vel admiratione dignum in ipsa reperiretur. Cum anno 1916 ad arma vocatus fuit, renuens proprio sat probabili iuri servitium militare non praestandi, sese sponte obtulit loco cuiusdam sui collegae patris duorum filiorum. Familiares et amicos valedicens, a puero quodam numisma

accepit, Beatae Mariae Virginis scapulare, quod semper secum portavit et cuius protectioni suam prodigiosam liberationem a periculis belli et initium conversionis ad Deum semper attribuit.

Inde a regressu eius in patriam post bellum, quando iterum ad munus professoris in oppido *Zalaegerszeg* manus apposuit, Divina Providentia, Maria Matre misericordiae intercedente, ad vitam christianam primum, deinde ad vitam interiorem et orationis, ad vitam denique maioris perfectionis in aliquo Ordine religioso ducendam, continuis internis incitamentis et variis exterioribus circumstantiis, Servum Dei quasi manu ducere et veluti impellere visa est. In Ordine Carmelitarum Discalceatorum tandem admissus, habitum religiosum in conventu Iaurinensi (hodie *Győr*) induit die 15 mensis Iulii anno 1925, nomine religionis accepto fr. Marcelli a Virgine Carmeli. Noviciatu peracto, primam professionem emisit anno 1926. Tribus annis postea vota perpetua nuncupavit.

Provinciae Hungaricae Carmelitarum Discalceatorum Superiores, fratris Marcelli sive naturales sive supernaturales dotes mox cognoscentes, eum, peracto novitiatus tempore, cum adhuc theologiae studio vacaret, saepius in rebus difficillimis fidenter consuluerunt; sacerdotio sacro auctum die 14 mensis Iunii 1930, consiliarium et novitiorum magistrum nominaverunt, quibus officiis peritia et laude functus est. Anno vero 1943, officio Magistri Novitiorum relicto, P. Marcellus tamquam conventualis in conventum Budapestinense missus est, ibique usque ad mortem remansit.

Permulti eum a confessionibus habuerunt, et, ipso verbum Dei praedicante, fideles ecclesiam ad ultimum usque loculum replere solebant. Immo, cum de viro ageretur praedicatione insigni, in missionibus ad populum habendis valde efficaci, in exercitiis spiritualibus moderandis peritissimo, P. Marcelli nomen in omnium ore erat. Et qui eum praessius cognoscebant, religiosi, sacerdotes, confratres, hoc unum de eo iudicium sibi formaverunt: ille sanctus est. Scripta autem P. Marcelli, ex superiorum mandato composita, testimonium perhibent de eius vita interiore, de eius intima cum Iesu et Maria unione, de eius ad altissimos vitae mysticae gradus ascensu, de ipsa denique divinitatis fruitione, quae magis magisque totam eius personam quasi circumvolvit, unde et ipse serenam laetitiam et maturam sine dissolutione hilaritatem hauriebat et circum se irradiabat; quem animi habitum neque acerrimis morbis vexatus unquam amisit.

Post suppressionem conventuum et dissolutionem vitae religiosae a regimine communistarum in Hungaria anno 1950 facta, P. Marcellus, in ipsa sua patria quasi in exilio vixit, nam publicae securitatis magistratus eum indesinenter persecuti sunt. Nihilominus, immo eo vel magis, difficillimis illis temporibus P. Marcellus cunctis ad se accurrentibus solatio erat, clam apud se (nam publice hoc facere iam vetitum erat) confitentium animos erexit, quocumque modo vexatos supernaturali fortitudine firmavit. Sacram Eucharistiam, meliori quo potuit modo, clam vero semper, iuxta circumstantias illorum tristium temporum, quotidie celebrare sategit. Multa totius vitae cursu exemplari patientia perpessus est. Acerrimos morbi laetalis dolores plena voluntati Dei submissione susceptis, die 29 mensis Maii anno 1966, in nosocomio publico Budapestinensi *Baleseti Kórház,* piissime in Domino obdormivit. Sepulchrum eius usque ad hodiernam diem ab innumeris frequentatur fidelibus qui, in difficultatibus vitae, ad eum suas dirigere petitiones consuescunt.

Permanente et percrescente in dies fama sanctitatis Servi Dei, ab anno 1999 usque ad annum 2003 apud Curiam ecclesiasticam Strigoniensem-Budapestinensem Inquisitio dioecesana habita est, cuius auctoritas probata a Congregatione de Causis Sanctorum Decreto diei 28 mensis Octobris anno 2005. *Positione* parata, disputatum est secundum soliti moris rationem num animo vere heroico Servus Dei virtutes exercuisset. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum prospero cum exitu habitus est die 3 mensis Martii anno 2012. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria, cui ego, card. Angelus Amato, die 5 mensis Novembris 2013 praefui, professi sunt Dei Servum in theologalibus, cardinalibus eisque adnexis virtutibus exsequendis fastigium heroicitatis attigisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Marcelli a Virgine Carmeli (in saec.: Balthasaris Marton), Sacerdotis Professi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Decembris a.D. 2013.

ANGELUS card. AMATO, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

ALBAE POMPEIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Scholasticae (in saeculo: Ursulae Mariae Rivata) Religiosae Professae et Primae Antistitae Generalis Piarum Discipularum a Divino Magistro (1897-1987)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert» (*Io* 12, 24).

Imitatio Divini Magistri, vitam eucharisticam degere, exemplum grani frumenti sequi, quod pro aliis fratribus mori patitur, hoc omne fuit regimen vitae Servae Dei Mariae Scholasticae Rivata, quae autem paschali cum mysterio consociavit, augescenti in conformatione ad Christum.

Serva Dei, in pago vulgo dicto *Guarene,* in finibus Cuneensibus, die 12 mensis Iulii anno 1897 nata est et postero die, nomine Ursulae Mariae, sacro fonte lustrata est. Brevi tempore, ei doloris schola incepit: enim sexto anno aetatis expleto, matre orbata fuit. Hoc vehementer eam perturbavit sed et eam excitavit ad sui ipsius fidam traditionem in Virginis Mariae custodiam et iam a pueritia eam excitavit ad aliorum curam, exordiens e duobus parvulis sororibus. Anno 1904 primitus ad eucharisticam communionem admissa est et anno 1909 sacra confirmatione inaugurabatur. Brevi tempore post litterarum ludum ad familiam auxiliandam agris operam dabat sed et sericarum officinae et servilibus muneribus fungebatur. lis omnibus, una cum legendi usu, Serva Dei cognitionem addit et de vita sociali ac ecclesiali novam comprehensionem adduxit. Vicesimo anno aetatis expleto, his verbis «*Domine, te mihi tantum et nihil aliud*», quae autem saepissime sua in vita dictitabat, uxoriam condicionem repudiavit et omnino se ad religiosam vitam devovit. Cognovit Beatum Iacobum Alberione, qui eius vitam prorsus constituit. Fundator enim, qui iam condiderat Societatem Sancti Pauli et Filias Sancti Pauli, mense Novembri anni 1923, una cum Serva Dei et alia sodali instituit novam familiam religiosam, «*quae ante Tabernaculum adoraret ad necessarias gratias impetrandas maxime pro incumbentibus in apostolatum*». Sic ergo Piae Discipulae Divini Magistri extiterunt. Dominus Alberione Ursulam delegit antistitam istius primi sodalicii et ei nomen imposuit Sororis Scholasticae Divinae Providentiae.

Deinceps inde illa debuit accipere et in vita optimam dotem et virtutem exprimere, quam illa exemplis mulierum Evangelii comitans et praecipue Mariae, Dei Sanctae Matri, primae et perfectae Iesu Magistri discipulae adepta est. Nova Congregatio incepit non sine multis impedimentis, quibus Mater Scholastica Dei summa voluntate semper obstitit, exhortans in sororibus suis illam earum singularem virtutem, assidue fulta eo lumine, quod e suavissimo cum Domino colloquio tam in diurnis longissimis horis Eucharisticae adorationis quam nocturnis hauriebat, Ecclesiae consuetudines et consilia sollicite custodiens, coniungens orationem cum cotidiana opera et consuetam animi intentionem cum diligendi cura rerum historiae.

Anno 1936 Serva Dei particeps fuit primae fundationi in Africa et multorum gentium Alexandriae Aegypti instauravit optimas consuetudines cum Macometi sectatoribus, qui eam «*bonam dominam*» appellabant.

Ab anno 1938 ardoris plena fautrix fuit novarum rerum apostolicis rebus in liturgicis, una cum Beato Timoteo Giaccardo. Novis difficultatibus constitutis, Serva Dei testimonium perhibuit mysterium paschale agens super seipsam, firmissima fide praestans, spe coalescens amoreque perseverans. Feria Quinta in Cena Domini anno 1947 Piae Discipulae dioecesana approbatione confirmatae sunt et paucis mensibus post fuit et Decretum Laudis. Serva Dei posthac munera graviora non gessit. Officium suum tria per lustra Argentinae attendit et, post reditum in Italiam anno 1963, sicut soror in sororibus vixit, cotidianis in muneribus fungens, sponsali in coniunctione cum Domino magis augescendo.

Etiam cum consuetudines in rebus mundanis paulatim reducerentur, Mater Scholastica animo suo semper universum in mundum conspectum porrigebat, apostolico amore appropinquabat ad anxietates hominum et mulierum totius orbis, qui per acta diurna et postea per alia media communicationis socialis, corde in suo introducti erant ut in eucharistica adoratione Divino Magistro traderentur. Eius vitae rationes fuerunt silentium auctum Divini Verbi auditu, sui ipsius perfectum dominium, laetitia profusa in ministerio et in liberalitate.

Ab anno 1981 vires corporis paulatim minuebant. Die 24 mensis Martii anno 1987 primis vespertinis precibus Annunciationis, domu pagi dicti *Sanfrè,* una cum Maria suum «*ecce*» dicens, mortali e vita excessit.

Hac fama sanctitatis, qua Serva Dei in vita claruit et post eius mortem magis invaluit, iuxta Curiam Albae Pompeiensis a die 13 mensis Martii anno

1993 ad diem 25 mensis Martii anno 1994 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per Decretum diei 2 mensis Decembris anno 1994 est approbata. Exarata *Positione,* disceptatum est, secundum normas, an Serva Dei virtutes heroum in modum exercuisset. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum in Sessione diei 22 mensis Iunii anno 2012, positivo cum exitu, habitus est. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 5 mensis Novembris anno 2013, me cardinale Angelo Amato praesidente, agnoverunt Servam Dei exercuisse heroum in modum virtutes theologales, cardinales et adnexas.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico, Servae Dei Mariae Scholasticae (in saec.: Ursulae Mariae Rivata), Religiosae Professae et Primae Antistitae Generalis Piarum Discipularum a Divino Magistro, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Decembris a.D. 2013.

ANGELUS card. AMATO, S.D.B.
Praefectus

L. ✠ S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

VIENNENSIS ET SANCTI HIPPOLYTI
De finium mutatione
DECRETUM

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Em.mus P.D. Christophorus S.R.E. Cardinalis Schönborn, Archiepiscopus Viennensis, et Exc.mus P.D. Nikolaus Küng, Episcopus Sancti Hippolyti, ab Apostolica Sede unanimi consensu expostulaverunt, ut fines circumscriptionum ecclesiasticarum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Petri Zurbriggen, Archiepiscopi titulo Glastoniensis et in Austria Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem animarum saluti profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Francisco, Divina Providentia PP., tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Proinde hoc decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a territorio Sancti Hippolyti distrahantur et archidioecesi Viennensi adiungantur portiones Hochstraß et Schwabendörfl pagi Altlengbach.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum P.D. Petrum Zurbriggen, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantius.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 14 mensis Novembris anno 2014.

Marcus card. Ouellet
Praefectus

✠ Ilson de Jesus Montanari
a Secretis

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus Pp., per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 7 Februarii 2015. — Titulari episcopali Ecclesiae Ressianensi, R.D. Franciscum Šuštar, e clero archidioecesis Labacensis ibique hactenus Rectorem Seminarii Maioris, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 10 Februarii. — Archiepiscopum Coadiutorem Varmiensem, Exc. mum D. Iosephum Górzyński, hactenus Episcopum titularem Leontinum et Auxiliarem Varsaviensem.

die 12 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Aniciensi, R.P. Lucam Crépy, Congregationis Iesu et Mariae sodalem, hactenus Procuratorem Generalem Eudistarum in Urbe.

die 19 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Sinceleiensi, R.D. Iosephum Crispianum Clavijo Méndez, e clero dioecesis Valleduparensis, ibique Seminarii Maioris Rectorem.

die 23 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Iacobi Equitum, Exc.mum D. Fridericum Antonium Iesum Bretón Martínez, hactenus Episcopum dioecesanum Baniensem.

— Cathedrali Ecclesiae Vegensi, R.D. Raphaëlem Hectorem Rodríguez Rodríguez, M.S.C., hactenus huius Congregationis Primum Consiliarium Romae.

— Cathedrali Ecclesiae Barahonensi, R.D. Andream Napoleonem Romero Cárdenas, e clero dioecesis Sancti Francisci de Macoris, ibique hactenus Curionem paroeciae ecclesiae Cathedralis Sanctae Annae.

— Cathedrali Ecclesiae Facatativensi, Exc.mum D. Iosephum Michaëlem Gómez Rodríguez, hactenus Episcopum Libanum-Hondanum.

die 25 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Trilacunensi, R.D. Aloisium Gonçalves Knupp, e clero archidioecesis Maringaënsis, hactenus eiusdem archidioecesis paroeciae *Nossa Senhora de Fátima,* in civitate vulgo dieta Marialva, Parochum.

— Cathedrali Ecclesiae Luceatinae, Exc.mum D. Iosephum Aristeu Vieira, e clero archidioecesis Adamantinae, hactenus eiusdem archidioecesis

paroeciae *Immaculatae Conceptionis,* in civitate vulgo dicta Buritizeiro, Parochum.

die 25 Februarii 2015. — Titulari episcopali Ecclesiae Regiensi, R.P. Ianussium Danecki, sodalem Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, hactenus in praelatura territoriali Tefensi Parochum, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Campi Grandis.

die 27 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Melitensi, Exc.mum D. Carolum J. Scicluna, hactenus Episcopum titularem Ecclesiae Sancti Leonis et Auxiliarem eiusdem archidioecesis Melitensis.

die 28 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Leontinae, R.D. Marcum Marczak, e clero archidioecesis Lodziensis, ibique Seminarii Maioris Rectorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Episcopali Ecclesiae Cassanensi, R.D. Franciscum Savino, e clero archidioecesis Barensis-Bituntinae, hactenus Parochum-Rectorem Sanctuarii Sanctorum Medicorum in civitate Bituntina.

die 2 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Andreae de Tuxtla, R.D. Fidentium López Plaza, e clero dioecesis Queretarensis.

die 3 Martii. — Ecclesia; Sancti Didaci, Exc.mum D. Robertum Valtherum McElroy, hactenus Episcopum titularem Gemellensem in Byzacena et Auxiliarem archidioecesis Sancti Francisci in California.

die 4 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Colatinensi, Exc.mum D. Ioachimum Vladimirum Lopes Dias, hactenus Episcopum titularem Sitensem et Auxiliarem archidioecesis Victoriensis Spiritus Sancti.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bisarchiensi, R.D. Georgium Cuapio Bautista, e clero dioecesis Texcocensis, quem constituit Auxiliarem archidioecesi Tlalnepantlanae.

die 5 Martii. — Archiepiscopali Ecclesiae Senonensi atque Praelaturae territoriali Missionis Galliae seu Pontiniacensis, Exc.mum D. Hervinum Giraud, Suessionensem hactenus Episcopum.

die 6 marzo 2015. — Titulari Episcopali Ecclesiae Albensi Maritimae, R.D. Augustum Paulum Lojudice, e clero Romano, Parochum Sancti Lucae ad Praenestinum, quem deputavit Urbis Auxiliarem.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

I. PROVISIO ECCLESIARUM

Franciscus divina Providentia Pp., latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 11 Octobris 2014. — Metropolitanae Ecclesiae Niameyensi, Exc.mum D. Laurentium Lompo, hactenus Episcopum titularem Buffadensem et Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 31 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Yaundensi, Exc.mum D. Ioannem Mbarga, hactenus Episcopum dioecesis Ebolouanae et Administatorem apostolicum circumscriptionis Yaundensis.

die 1 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Tubusuptitanae, R.D. Iosephum Xaverium Travieso Martin, C.M.F., hactenus Auxiliarem archidioecesis Truxillensis, quem constituit Vicarium Apostolicum Sancti Iosephi de Amazones.

die 4 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Lugasiensi, Exc.mum D. Christophorum Kakooza, hactenus Episcopum titularem Casensem in Numidia et Auxiliarem archidioecesis Kampalaënsis.

— R.D. Ioannem M. Scalese, B., Superiorem ecclesiasticum Missionis «sui iuris» Afganistaniae.

die 6 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Uromiensi, R.D. Donatum Aihmiosion Ogun, O.S.A., hactenus Magistrum discipulorum philosophiae et Moderatorem Instituti Sancti Augustini in urbe vulgo Makurdi.

die 6 Novembris 2014. — Metropolitanae Ecclesiae Dodomaënsi noviter conditae in Tanzania, Exc.mum D. Beatum Kinyaiya, O.F.M. Cap., hactenus Episcopum Mbuluensem.

die 8 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae de Fairbanks, R.D. Ceaddan Zielinski, e clero Gaylordensi, hactenus Cappellanum Navigationis Aëriae Militaris in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis.

die 11 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Vanarionensi, R.D. Prosperum Balthasarem Lyimo, hactenus Cancellarium dioecesanum et Vicarium Iudicialem Arushaënsem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 15 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Loikavensi, Exc.mum D. Stephanum Tjephe, hactenus Episcopum titularem Novabarbarensem et Auxiliarem dioecesis Loikavensis nec non Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem sedis episcopalis.

die 22 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Hamiltonensi in Nova Zelandia, R.D. Stephanum Marmion Lowe, e clero Christopolitano, hactenus Parochum et Directorem Formationis apud Seminarium nationale Sanctae Crucis.

— Cathedrali Ecclesiae Obuasiensi, R.D. Ioannem Yaw Afoakwa, hactenus Rectorem apud Rectoratum Sancti Aloisii in dioecesi Obuasiensi.

die 24 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Klerkpolitanae, R.D. Victorem Hlolo Phalana, hactenus Vicarium Generalem archidioecesis Praetoriensis.

die 26 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Ghikongoroënsi, R.D. Caelestinum Hakizimana, e clero Kigaliensi, Conferentiae Episcoporum Ruandae Secretarium generalem.

die 3 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Iammuensi–Srinagarensi, R.D. Ivanum Pereira, hactenus Directorem Consilii Educationis eiusdem dioecesis.

die 5 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Kakamegaënsi, R.D. Iosephum Obanyi Sagwe, hactenus Parochum templi Cathedralis et Vicarium Generalem dioecesis Kisiianae.

die 8 Decembris 2014. — Metropolitanae Ecclesiae Luandensi, Exc.mum D. Philomenum do Nascimento Vieira Dias, hactenus Episcopum Cabindanum.

die 9 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Mombasaënsi, Exc.mum D. Martinum Musonde Kivuva, hactenus Episcopum Machakosensem.

die 12 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Abthugnitanae, R.D. Adelium Pasqualotto, C.S.I., hactenus Pro-Vicarium Apostolicum Sancti Michaëlis de Sucumbios, quem constituit Vicarium Apostolicum Napensem.

die 16 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Hyderabadensi in Pakistan, R.D. Samson Shukardin, O.F.M., hactenus Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

die 22 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Dakarensi, Exc.mum D. Beniaminum Ndiaye, hactenus Episcopum Kaolackensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kuzhithuraiensi noviter conditae in India, R.D. Hieronymum Dhas Varuvel, S.D.B., hactenus Magistrum Novitiorum.

die 30 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Buffadensi, R.D. Ioannem Saw Yaw Han, Rectorem Seminarii Maioris archidioecesis Yangonensis, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

II. NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 22 Aprilis 2014. — Exc.mum D. Antonium Franciscum Sharma, S.I., Vicarium Apostolicum emeritum Nepalianum, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» eiusdem Vicariatus Apostolici usquedum novus Episcopus possessionem capiat.

die 18 Maii. — Exc.mum D. Renatum Leorardum Nkwande, Episcopum Bundanum, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Geitaënsis.

die 28 Augusti 2014. — R.D. Kieran Kilcommons, Sodalem Instituti Madonna House, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Equialbensis.

die 11 Octobris. — Exc.mum D. Michaëlem Cartatéguy, S.M.A., Archiepiscopum emeritum Niameyensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem archidioecesis.

die 29 Novembris. — Exc.mum D. Ioannem Mbarga, Archiepiscopum Yaundensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Ebolouanae.

die 3 Decembris. — Exc.mum D. Ivanum Pereira, Episcopum electum Iammuensem-Srinagarensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem dioecesis.

die 5 Decembris. — Exc.mum D. Philippum Sulumeti, Episcopum emeritum Kakamegaënsem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem dioecesis usquedum novus Episcopus possessionem capiat.

die 8 Decembris. — Exc.mum D. Philomenum do Nascimento Vieira Dias, Archiepiscopum Luandensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Cabindanae.

die 9 Decembris. — Exc.mum D. Martinum Musonde Kivuva, I.M.C., Archiepiscopum Mombasaënsem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Machakosensis.

die 16 Decembris. — Exc.mum D. Maximilianum Ioannem Rodrigues, Episcopum emeritum Hyderabadensem in Pakistan, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem dioecesis usquedum novus Episcopus possessionem capiat.

die 22 Decembris. — Em.mum D. Theodorum Adrianum Cardinalem Sarr, Archiepiscopum emeritum Dakarensem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem archidioecesis usquedum novus Episcopus possessionem capiat.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Romano Pontefice ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, 12 febbraio, S.E. la Sig.ra Shahindokht Molaverdi, Vice-Presidente della Repubblica Islamica dell'Iran;

Lunedì, 16 febbraio, Sua Maestà Tupou VI, Re di Tonga, con la Regina Nanasipau'u Tuku'aho; il Reverendo John P. Chalmers, Moderatore della Chiesa di Scozia (Riformata);

Mercoledì, 18 febbraio, il Signor Ricardo Lewandowski, Presidente del Supremo Tribunale Federale del Brasile;

Sabato, 21 febbraio, S.E. la Sig.ra Angela Merkel, Cancelliere della Repubblica Federale di Germania;

Lunedì, 2 marzo, la Sig.ra Irina Bokova, Direttrice Generale dell'UNESCO; S.E. il Sig. Nechirvan Barzani, Presidente del Consiglio dei Ministri del Governo Regionale del Kurdistan Iracheno;

Venerdì, 6 marzo, S.E. il Sig. Ilham Aliyev, Presidente della Repubblica dell'Azerbaigian.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

17	febbraio	2015	S.E.R. Mons. Adolfo Tito Yllana, Arcivescovo tit. di Montecorvino, finora Nunzio Apostolico nella Repubblica Democratica del Congo, *Nunzio Apostolico in Australia*.
21	»	»	S.E.R. Mons. Edgar Peña Parra, Arcivescovo tit. di Telepte, finora Nunzio Apostolico in Pakistan, *Nunzio Apostolico in Mozambico*.
5	marzo	»	S.E.R. Mons. Novatus Rugambwa, Arcivescovo tit. di Tagaria, finora Nunzio Apostolico in Angola e in São Tomé e Principe, *Nunzio Apostolico in Honduras*.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

10	febbraio	2015	L'Ill.mo Prof. Rocco Buttiglione; «usque ad octogesimum annum»; gli Ill.mi Professori Vittorio Possenti, José Tomás Raga, Joseph E. Stiglitz e Paulus Mzomuhle Zulu, *Membri Ordinari della Pontificia Accademia delle Scienze Sociali, «in aliud decennium»*.
»	»	»	L'Ecc.mo Mons. Piero Marini, Arcivescovo tit. di Martirano, *Presidente del Pontificio Comitato per i Congressi Eucaristici Internazionali*.
»	»	»	Gli Em.mi Cardinali: Stanislaw Ryłko, Presidente del Pontificio Consiglio per i Laici, Robert Sarah, Prefetto della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti, Beniamino Stella, Prefetto della Congregazione per il Clero; il Rev.do Padre Juan Javier Flores Arcas, O.S.B. (Spagna), Rettore Magnifico del Pontificio Ateneo Sant'Anselmo in Roma, *Membri del medesimo Pontificio Comitato per i Congressi Eucaristici Internazionali «ad quinquennium»*.
»	»	»	Il Rev.do Padre Wojciech Giertych, O.P., e l'Ill.mo Prof. Guzmàn Carriquiry, *Membri del Pontificio Comitato per i Congressi Eucaristici Internazionali «in aliud quinquennium»*.
12	»	»	Il Rev.do Mons. Fernando Chica Arellano, Consigliere di Nunziatura, *Osservatore Permanente della Santa Sede presso le Organizzazioni e gli Organismi delle Nazioni Unite per l'Alimentazione e l'Agricoltura (F.A.O., I.F.A.D. e P.A.M.)*.

3 marzo 2015 I Rev.di Signori: Mons. Lluis Clavell, Membro Ordinario della Pontificia Accademia di S. Tommaso d'Aquino; Giuseppe Bonfrate, Docente presso la Facoltà di Teologia della Pontificia Università Gregoriana in Roma; Maurizio Gronchi, Professore Ordinario di Teologia Dogmatica presso la Pontificia Università Urbaniana in Roma; Michele Giulio Masciarelli, Docente di Teologia Dogmatica presso la Facoltà *Marianum* in Roma e di Teologia Fondamentale presso l'Istituto Teologico Abruzzese-Molisano in Chieti; Peter Paul Saldanha, Docente di Ecclesiologia presso la Pontificia Università Urbaniana in Roma; Dario Vitali, Docente di Ecclesiologia presso la Pontificia Università Gregoriana in Roma; Aimable Musoni, S.D.B., Docente di Teologia Sistematica, Ecclesiologia ed Ecumenismo presso la Pontificia Università Salesiana in Roma; i Rev.di Padri: François-Xavier Dumortier, S.I., Rettore Magnifico della Pontificia Università Gregoriana in Roma; Georges Ruyssen, S.I., Docente di Diritto Canonico presso il Pontificio Istituto Orientale in Roma; Sabatino Majorano, C.SS.R., Docente di Teologia Morale Sistematica presso l'Accademia Alfonsiana in Roma; Manuel Jesús Arroba Conde, C.M.F., Preside dell'Istituto *Utriusque Iuris* presso la Pontificia Università Lateranense; José Granados, D.C.J.M., Vice Preside del Pontificio Istituto *Giovanni Paolo II* per Studi su Matrimonio e Famiglia, Docente presso la Pontificia Università Gregoriana, *Consultori della Segreteria Generale del Sinodo dei Vescovi «ad triennium»*.

NECROLOGIO

8	febbraio	2015	Mons. Vincent V. Ezeonyia, C.S.S.P., Vescovo di Aba (*Nigeria*).
10	»	»	S. Em.za il Sig. Card. Karl Josef Becker S.I., del tit. di San Giuseppe Martire.
11	»	»	Mons. Abel Costas Montaño, Vescovo em. di Tarija (*Bolivia*).
13	»	»	Mons. Thomas Bhalerao S.I., Vescovo em. di Nashik (*India*).
13	»	»	Mons. Magnus Mwalunyungu, Vescovo em. di Tunduru-Masasi (*Tanzania*).
17	»	»	Mons. Antonio Lanfranchi, Vescovo di Modena-Nonantola (*Italia*).
»	»	»	Mons. Joseph Devellerez Thaung Shwe, Vescovo em. di Pyay (*Birmania*).
21	»	»	Mons. Bernardo Witte, O.M.I., Vescovo em. di Concepción (*Argentina*).
24	»	»	Mons. Francis Baissari, Vescovo em. del Vicariato Patriarcale maronita di Joubbé (*Libano*).
28	»	»	Mons. André Vallée, P.M., Vescovo em. di Hearst (*Canada*).
5	marzo	»	S. Em.za il Sig. Card. Edward Michael Egan del tit. dei Ss. Giovanni e Paolo, Arcivescovo em. di New York (*Stati Uniti d'America*).